bat monacho patienti defectum in re
nibus vt purgaret ſe per venam com
munem. etiam dicit ⁊ exclamat con-
tra ſcholares qui vtūtur arte notoria
propter acquirendam ſcientiam. naꝫ
ibi quedā peccata fiunt cū demone vt
plene ꝑ Jo. de anania in rub. de ſorti
legijs: et iō in propoſito viri eccl'iaſti-
ci non debent vti ciuili ſciētia prohibi
ta ipſis propter ſcientiaꝫ canonicam
permiſſaꝫ cōtra glo. d. c. ep̄us. Tu ꝟo
potes ſaluare glo. dicti. c. ep̄us: quia
contraria ſunt diſſimilia. nam ciuilis
ſcientia non eſt mala qꝛ mala: ſed qꝛ
prohibita: contraria vero ſunt mala:
qꝛ mala. facit qꝺ nota. gl. in. c. ex par
te. de officio deleg. vbi quedā ſunt ſy-
moniaca quia mala: ⁊ q̄dam ſymonia
ca quia prohibita: facit quod notat
Abb. in. c. cum infirmitas. de peniten
tijs. de medico qui dicit infirmo non
cōſulo tibi. tamen ſi haberetur talis
mulier icātatrix de facili liberareris
naꝫ nō excuſatur medicus: qꝛ in frau
dem legis videtur aſſerere: ſicut in ſi
mili dicimus in vendēte animal mor
boſum: ⁊ aſſerit illud ſanum ⁊ dicit ꝙ
non vult teneri. l. ſi creditor. §. ſi vēdi
tor. ff. de actio. empti. Abb. in. c. iniu-
ſtum. de rerū permutat. Ange. ⁊ Lud.
ī. l. ſi quis cum aliter. de ver. obl.

¶ Quadrageſimanona differētia. Iu
re ciuili p̄ſcriptio ē et hodie ꝓcedit in
actiōe ꝑſonali cū mala fide ī odiū ne-
gligētie. ⁊ ſufficit lapſus tpis. xxx. āno
rū iuxta. l. ſicut ⁊. l. oēs. C. de p̄ſcript.
xxx. annoꝝ. ſꝫ Bar. ī. l. ſeq̄t. §. ſi viā. ff.
de vſuca. ⁊ ī. l. fi. ff. queād. ſuit. amitt. ⁊
in. l. hec aūt. de ſui. vrb. p̄d. q̄ dicit iura
ciuilia nō eſſe correcta. ſꝫ de iure cano
nico ſec9 ē. qꝛ ille qui eſt ī mala fide vt
eſt debitor nullo tp̄e p̄ſcribit. c. fi. de p̄
ſcrip. ī r'a poſſeſſor. de regu. iu. q̄ opi-
nio Barto. communiter ab omnibus
damnat᷑ et maxime ꝑ iura que dicūt
ꝙ nulla valet p̄ſcriptio tam canoni-
ca ꝙ̄ ciuilis abſq̄ bona fide et hanc

opi.firmat glo.⁊ cōmuniter docto.in
d.regula.poſſeſſor.⁊ Ang.in.d.l.fi.C.
de p̄ſcriptio.xxx.annoꝝ.Bal.in.l.i.C.
de ſeruit.et in autentica ad hec.C. de
vſuris.⁊ in diſputatione ſtatu. cauet
et Card.in.c.vigilanti.de preſcrip. et
ideo bene Bart. in dic.§.ſi viam.di
cēdo ꝙ ſe ſubmittebat deciſioni eccle
ſie ⁊ theologoꝝ eo ꝙ canoniſte ⁊ theo
logi teneant contrarium vt dixi ⁊ iſta
opi.ſm.d.alex.ↄſi.cclviij.viſo proceſſu
ſm ordinem meuꝫ:ſeruari debet nedū
in foro eccleſiaſtico:ſed etiam in ſecu-
lari:quia cum incurreret debitor pec
catum:qui cum mala fide vult excep.
tueri:debet ſeruari ius canonicum in
vtroqꝫ foro ſm gloſ. in.c.poſſeſſor.et
Bal.in.l.preuilegia.C. de ſacro ſanc.
eccleſi.et dixi in euidentialibus.et de
materia vide Ang.in repet.l.j.C.de iu
di.⁊ Bald.in.c.j.§.ſi quis per.xxx.ſi
de feudo fuerit cōtrouerſia.⁊ Imol.
in.c contingit.de do.⁊ contu.⁊ Mat
theum de mattheſelanis in notabili.
xxiiij.⁊ pet.de anch.conſi.v.pro par-
te nobilis ⁊c.et ↄſi.cxxxviij. viſa pre-
dicta ⁊c.et adde duo dicta notanda
Bal.primum eſt in.c.fi. de preſcript.
ad hoc vt quilibet laycus poſſit pre-
ſcribere cū mala fide ⁊ ſic oēs preſcri-
ptiōes ſint licite vtroqꝫ iure. ¶ Cau
tela eſt ꝙ fiat ſtatutum in ciuitate ge
nerale ꝙ omnia ſtatuta loquentia de
preſcriptionibus habeāt vim contra
ctus ⁊ cōſenſus vtriuſqꝫ partis. Naꝫ
tunc ibi proprie non poteſt dici ꝙ ſit
mala fides.l.non fraudatur.de regu.
iuris.l.condonationis.C.de trāſact.
⁊ probabiliter anima ſeruatur ciuiuꝫ
et bonum publicū obſeruatur et hoc
conſiliū eſt d̄ ingenio meo dicit Bal.
in dicto.c. finali quod dictum eſt no-
tabile:ſed an ſit verum pro nunc co-
gita.Adde ſcdm dictum Bal.in.c.bo
ne.el ſecūdo. de poſtulatione prelato
rum.vbi querit de ratione quare pre
ſcribitur libertas ſeruitutis predialiſ
mala fide: et nō preſcribitur ſeruitus
dicto.§. ſi viam.⁊ dicit eſſe rationem
quia libertas eſt res naturalis.et oīs
res naturalis preſumitur libera vnde
poſſeſſio eſt actus cui natura coope-
ratur et etiam ipſum predium ꝙuis
inanimatum preſcribitur.l.qui fundū
ff.quemad.ſeruit.amitt.

¶ Quinquageſima differētia. De iu
re ciuili quādo ius ſuperuenit non ex
cauſa de preterito:ſed ex illa que ha-
bet originem poſt litem cōteſtatā nō
pōt ſequi condēnatio:ſꝫ debet abſol-
ui reus:⁊ eſt opus nouo iudicio.iſte ē
tex.de iure ciuili in.l.non poteſt videri
ff.de iud.ſed canoniſte habēt vnū ca-
pitulum ſcilicet.c. abbate ſane.de re
iudi.in.vi.quod cōpilauit Inno.ſum
mus legiſta qui fuit inocentius quar
tus:in quo diſtinguitur mirabiliter
quādo fuit actum rei vendicatiōe per
illum qui non erat dominus ſed ſup
uenit dominiū poſt litē conteſt.ex cau
ſa de preſenti quia ſi fuit actum gene
raliter q꞉ aſſeruit ſe dominū ⁊ non di-
xit ex qua cauſa et tūc poteſt ſequi cō
dēnatio:aut ſe reſtrinxit dicēdo ſe do
minū ex donatiōe facta per taleꝫ que
tamen adhuc facta non erat ſed poſt
litem ↄteſtatam facta fuit et tunc nō
prodeſt vt ſequatur cōdēnatio. Sed
petrus de bella ꝑtica in.l.j.C. de alie-
na.iud.mut.cauſa facta.deriſit illā de
ciſionem vt refert Paul.de ca.in.l.ſi
rem.§.fi.de pig.actio.⁊ dicit ꝙ Inn.
in primo caſu non fuit bonus legiſta
et non pōt de iure ciuili ſuſtineri quā-
do actū fuit nulla cā expreſſa vt poſſit
ſequi condēnatio ex cauſa poſtea ſup



ueniēte.⁊ dixit Ange.in.l.non pōt.ſ.
allegata in fine:ꝙ de equitate canoni
ca ius oīno ſuperueniens de futuro
poſt litē cōteſt. nulla cā expreſſa ſuffi
cit vt poſſit fieri cōdēnatio:ſecus de
iure ciuili.d.c.abbate.iuncta.l.nō po
teſt.et vide Ang.in.l.ſi autem. in.§.
poſſidere.in fi.de reivendicat.⁊ Ang.
in.l.item vidēdum.in.§.j.de peti.he-
redit.vbi tenet ꝙ ī terris imperij nō
poteſt ſequi cōdēnatio: ſed in terris
eccleſie ſerua.d.c.abbate.et vide bar.
l.fi.C.de annali excep.et adde Io.de
anania in conſilio.xix.incipit viſis in
ſtrumētis vbi refert dictū Bal.nota
bile in.l.preſcrip.C.ſi cōtra ius vel vti
litatem pub.⁊ dicit illud dictū Bal.
ꝓcedere de iure canonico nō de iure
ciuili. Nam de iure ciuili tex.in.l.ſi in
rem.§.fi.ff.de pign.actio.hꝫ locū quā
do lis eſt nota coram ordinario iudi
ce quia ius ſuperueniens ex cauſa de
preterito facit vt iudex poſſit te con
demnare.ſecus in delegato. q꞉ videt
delegatio ſubrepticia ex quo eſt facta
tanꝙ ſup debito puro cū eſſet ↄditio
nale ꝙ vitiuꝫ ſubreptionis nō tollit
lꝫ poſtea ius ſupueniat.c.fi.de reſcri.
vbi reſcriptū nō extenditur ad lites
futuras:etiam ſi reſcriptū diceret da
mus tibi iudicē ad lites motas ⁊ mo
uendas quia illud mouendas expo-
nitur ſcilicet occaſione iuris preteriti
ſm rotā in nouis deciſionibꝯ:deciſio
ne.xcviij.cōmiſſio īpetrata ⁊c. Et de
illo dicto Bal.in.d.l. preſcriptione:
vide Lud.ī.l.ſi titiꝯ.in.iiij.col.de ver.
obl.⁊ Imol.ī.d.c.fi.⁊ paul. de caſtro
in dicta.l.ſi rem.§.finali.

¶ Quiquageſima prima dr̄ia. Iure
canonico locꝯ fit ſacer vel religioſus
autoritate epī.c.ad hec.de relig.do-
mi.ſꝫ de iure ciuili per illationem vel
poſitionem cadaueris fit locus reli-
gioſus.l.in tantum.de rerū diui.inſt.
eo.§.religioſum.et in.l.cum in diuer-
ſis.ff.de relig: Sꝫ do. Mattheus de
matth.notabili.lxxvij.dicit ꝙ omnes
leges ciuiles loquentes de ſimili ma
teria ſunt correcte de iure cano.⁊ ꝙ in
hac materia preualet.quoniam locus
non poteſt fieri religioſus ſine autori
tate pontificis.vt not:glo.xij.q.ij.in
eccleſiaſtico.et Inno.in.c.abolēde.de
ſepult.et Lud.de roma in autētica ſi
milter.C.ad.l.fal.in.iij.charta.et in.l.
ꝙꝙ.de aq̄ plu.arcē.abb.ī.c.ij.de iud.
in fi.et Imo.ī.l.q̄d ergo.§.fi.de leg.j.

¶ Quinquaſimaſecūda differentia.
Iure canonico ſunt homines potius
ſepeliendi in eccleſijs ꝙ alibi.q꞉ coruꝫ
proximi quotiēs ad ſacra loca veniūt
et ſuorum ſepulturam aſpiciūt recor-
dātur et pro eis domino preces effun
dunt.xiij.q.ij.c.ſed non. Item q꞉ ſpe-
cialiter cōmēdatur patrocinijs illoꝝ
ſanctorū in quorum honore dedicata
eſt illa eccleſia.vt in.c.nō eſtimemus.
ad finem eadem cauſa et queſtione.
Item q꞉ ibi nullo modo vexantur a
demonijs.vnde in cimiterijs dicitur
eſſe requies defunctorum.c.ꝙ autem
eadem cauſa.⁊ queſtione. Sed lex ci-
uilis precipit ne corpora in ciuitate ſe
peliātur.l.mortuoꝝ. C.de religioſis.

¶ Quinquageſimatertia differentia
Ex nudo pacto.de iure ciuili nō orit
actio.l.legē.C.de pactis.l.iuris gētiū
§.quinimmo.ff.eodem.fallit in certis
caſibus vbi notatis. Sꝫ iure canoni-
co dicimꝯ ex nudo pacto dari actionē
ſcꝫ ↄditionē ex canone.c.i.de pactis.
c.j.de ꝓba.c.iuramenti.xxij.q.v.et. c.
quicūqꝫ.xxxij.q.ij.not.Bal.in aut.ad
hec.C.de vſuris.vbi dixit ꝙ in terris
imperij ſolūmodo pōt agi ex pacto

nudo per viam euãgelice denunciatio
nis iuxta.c.nouit.de iud.ſecus de iu-
re canonico.et in terris eccleſie.q: po
teſt agi via ordinaria.d.c.j.de pact.
¶ Quinquageſimaquarta differẽtia
Jure ciuili regulariter quis alteri ſti
pulari nõ poteſt.l.ſtipulatio iſta.§.al
teri.de verb.ob.⁊ inſt.de inutili ſtipu.
§.alteri.Sed de iure canonico neduʒ
quis põt ſtipulari alteri ad pias cau
ſas.ſed vniuerſaliter.gl.in.c.quotiẽs
cordis oculus.i.q.vij.facit.l.illud.de
ſacr.ſan.eccle.Sed Ludo.in autẽtica
ſimiliter in.ij.charta.et in.ij.col.dicit
ꝙ licet cõmuniter teneatur illa gl.tñ
ipſe allegat caſum in cõtrarium in.c.
q̃ꝙ de vſuris.in.vi.vbi ſpeciale eſt in
caſu illius capituli.vt valeat quis al
teri ſtipulari quãdo tractatur reſtitu
tio vſurarũ.ergo incõtrariũ eſt ius cõ
mune canonicuʒ.l.ius ſingulare.de le
gib⁹.et adde do.Anto.⁊ abb.i pemio
decretalium.q̇ dicũt ꝙ regula.d.§.al-
teri procedit etiã ſm canones quo ad
hoc vt poſſit agi iure ordinario.d.c.
q̃ꝙ.et q: obligatio debet ſumere ini
tium a perſona cum qua cõtrahitur.
l.quecũq; gerimus.de actio.et oblig.
ſentit glo.in.c.cõſtitutus.de procur.
in.c.ſi cautio.de fide inſtr.ſed omiſſa
via ordinaria,puideri põt duplici re-
medio.Primum vt interponatur iu
ramentũ in ipſa ſtipulatione q: tũc ex
iuramento validatur q: iuramẽtum
dirigitur deo ⁊ ipſe recipit ꝑ abſente
vnde nõ habet locũ.d.l.quecũq; ⁊ cõ
firmat abb.inducendo.c.debitores.
functo.c.i.de iureiur.⁊ iſto caſu ſine
dubio ꝑcedit gl.i.d.c.quotiẽs cordis
oculus.⁊ voluit do.Anto.⁊ Jmo.i.c.
cũ cõtingat.in.xj.charta.de iureiur.
Pet.de ancha.in.c.licet.in penul.co.
de iureiur.i.vj.⁊ Bal.i.l.pactũ.q̇ꝺ do
tali.in.ix.queſtiõe.C.de collat.⁊ i au
tẽtica ſacramẽta puberũ.C.ſi aduer
ſus vẽditionẽ.⁊ Lud.i.l.ſtipulatio i
§.ſi ſtipulet.de ver.ob.ſentit Bar.in
l.cũ qs decedẽs de leg.iij.ẽt ſi pmit-
tẽs diceret faciã i veritate.ſm Bal.
in rubrica.C.res inter alios acta.vbi
parificantur dicere in veritate vel iu-
rare.¶ Adde tñ ꝙ hoc remediũ pro
deſſet de iure ciuili per tex.cũ glo.in
l.certũ.§.ſi qs abñte de cõfeſſis.et in
l.rõnes.⁊ in autẽtica.q̇ꝺ obtinet.C.
de ꝓbationib⁹.⁊ Bar.in.d.§.codicil
lis in quãtũ dicit ſpeciale eſſe in eo q̇
iurat in teſtamẽto teneri titio abñti.
Sed tñ extra illũ caſum ꝑualeret ca-
non legi ciuili.etiã inter laicos ꝑ no
tata in.d.c.cũ cõtingat.⁊ in.d.c.lʒ et
in.c.q̃uis de pactis.li.vj.iũctis nota
tis.i.l.pactũ.C.de collatio.¶ Et ex
iſto remedio ſequit̃ vnuʒ notabile ꝙ
ſi intuitu dei vel amore dei promiſi ꝙ
darẽ puelle maritãde abñti decem ꝙ
obligor:q: pmiſſio eſt facta deo vbiq;
pñti:⁊ adeſt perſona hoc eſt deus cui
obligatio oritur ſm abb.in.d.prohe
mio ⁊ rñdet ad.c.iuramẽti.xxij.q.v.
dũ videt̃ ꝓbare ꝙ nõ differt quo ad
deũ.ſimplex pmiſſio ⁊ iuramẽtũ:nã
rñdet ꝙ qñ ſimplex loquela continet
perfidiã ſeu mẽdaciuʒ vt q: venit ad
decipiẽdũ:illa tñ operat̃ apud deuʒ
q̃tum iuramẽtuʒ:ſed vbi ceſſant iſta
ſimplex loquela non obligat ex quo
non interfuit perſona cui queratur
obligatio al's ſequeretur ꝙ quis nũ-
q̃ poſſet mutare volũtatem quia de⁹
ſemper eſt:cõtra clemẽ.l.de renũcia.
et.c.ſi.de procuratoribus.in.vj.ideo
cum abñti nullum ſit ius acquiſituʒ.
C.ſi tibi abñti.de prebẽ.in.vj.l.abñti
de donat.ff.bene poteſt volũtas mu
tari.l.mutari.de regulis iuris.a ꝯtra



rio ſenſu.Secũdum remedium eſt ꝙ
etiam nullo preſtito iuramẽto addat̃
ad exonerandam conſcientiam pro-
mittẽtis per viam denũciationis euã
gelice iuxta.c.nouit.de iud.et do.An-
to.in proemio decre.Nam ex ſtipula
tione facta alteri oritur obligatio na
turalis ſm Bart.in extrauagãti.ad
reprimendum in verbo ſine figura.et
abb.i.c.dilecti.de arbitris.⁊ i.c.cõſti-
tutus.de procur.ꝑ naturali enĩ obli
gatione hʒ locum denũciatio euãgeli
ca.c.nouit.de iud.⁊ ſi dicat̃ quare eſt
ꝙ ex pacto nudo agitur remedio or-
dinario i terris eccleſie ꝓpter obliga
tionem naturalẽ.c.j.de pactis.et non
ſic i ſtipulatiõe facta alteri.reſpõdeo
ꝙ in pacto nudo illa naſcitur cũ ma-
iori firmitate et fomẽto iuris ꝓpter
aſſiſtentiã illius cui fit pactum et cui⁹
intereſt pactum ſeruari.et vbi nõ ſer
uatur forma ſubſtãtialis.vbi nõ orit̃
naturalis obligatio.l.j.§.cũ q̇.de cõ-
ſtit.pecu.et Bal.in rubrica.ff.de pac.
Et hoc remedium intellige ſane quã
do verba ſtipulationis ſunt cõcepta
in perſona ſtipulatoris puta pmitto
tibi ꝙ dabo titio.q: tũc ptʒ ꝙ vo-
lui me tibi obligare et ſic ex tali con-
ſenſu oritur naturalis obligatio.ſed
ſi dixiſſem tibi preſenti pmitto titio
ꝙ dabo ei.x.tũc ſtipu.proſus eſt inuti
lis.nec orit̃ obligatio naturalis.vt e
glo.not.⁊ ibi Ang.i.l.ſtip.iſta.§.ſi qs
inſulã.in verbo fieri.de verb.obl.⁊ An
ge.in.l.j.ff.de pactis.⁊ do.Abb.i.d.c.
dilecti.de arb.⁊ i.d.c.ſi cautio.dicẽs
ibi ꝙ tũc ceſſat hoc remediũ.⁊ ſic nul
la etiam naturalis oritur obligatio.
l.j.§.ꝙ ſeruus.in verbo nullius mo-
menti.de ſtipulatiõe ſeruorũ.et in.§.
alteri.inſt.de inuti.ſtip.in verbo nihil
agit que omnia tene mẽti.
¶ Quinquageſimaquinta differen-
tia.De iure ciuili vbi i cõtractu eſt iu
ramentum nunq̃ admittitur purga-
tio more tex.eſt in.l.ſi qs maior.C.de
tranſac.⁊ ibi bar.⁊ doc.q: iuramentũ
habet executioneʒ paratam ex diſpo
ſitione legis ſm Bart.in.l.ij.ff.de iu
reiurã.⁊ vbicũq; fit executio a lege nũ
q̃ admittitur purgatio more.l.is cui
delegat.ſecũdo glo.in.c.licet canon.de
elect.in.vi.⁊ i clem.ne i agro in verbo
ipſo facto.de ſtatu monachorũ.Sed
de equitate canonica admittit̃ purga
tio more:⁊.d.l.ſi quis maior nõ ven-
dicat ſibi locum.dixit Alex.i.d.l.ſi qs
maior.et allegat Bald.ita dicentem
in.l.q̇ crimen.i.ij.queſtione.C.q̇ accu:
nõ poſſunt.et glo.i.c.apud miſericor
dem.xxxij.q.j.⁊ tex.ſm vnum intelle-
ctum.i.c.ſuam.de penis.et Hoſtien.
in ti.de arbi.in.§.ſed qualiter.verſicu
lo ſed nunq̇d religioſi.et domin⁹ An-
to.et Jmo.i.c.dilecti.de arb.volẽtes
ꝙ de equitate canonica ſemper poſſit
mora purgari.ſi aduerſarius non ſit
paſſus damnum ꝓpter moraʒ per.d.
c.ſuã.et ita ſentit Bald.in.l.ſi pacto:
in fi.C.de pactis.Et adde q̇ꝺ voluit
Alexã.in ſuis cõſilijs conſi.cclxxvj.in
cipit.vidẽdum eſt igitur ⁊c.in.ij.char
ta.Allegãdo Jo de Jmo.i.c.potuit.
de locato in verbo celerij.qui intelli-
git tex.illum etiã ſi interuenerit iura-
mentũ.q: vt voluit Jac.de beluiſo in
§.ſiue autem.i autentica.de nõ alien.
d.§.nõ habet locũ de iure canonico.
et ideo locus eſt purgationi more.ſe
cus de iure ciuil per.d.§.ſiue autem ⁊
ſentit bal.i aut.q̇ rẽ i pn.de ſacr.ſanc.
eccle.⁊ Ang.i.l.ſi iſulã.de verb.ob.Et
adde.q̇ꝺ.d.l.ſi quis maior habet locũ
nedum in iuramẽto.ſed etiã i fidei p-
ſtatione.vt veniẽs contra fidem pa-

tiatur penas de quib⁹ in.d.l.ſi quis
maior.ſm ſpec.in ti.de arbitris.ꝛ ibi
per .d.Ant.quia a pari procedunt ꝑ
ſtatio fidei ꝛ iuramētum.c.ad aures
q̄ð me.cā ſed in noc.in.d.c.cū tempo
re.dicit ꝙ cū maior imponatur pena
venienti contra iuramētum q̄ cōtra
fidei preſtationem vt notat glo.in.c.
penul.de iureiur.merito ſunt diuerſa
ideo videt̄ ꝙ pena.d.l.ſi quis maior
non ſit extendenda regula in penis ꝛ
iuramenti preſtatio tunc dicitur quā
do iurat̄ ſuper contractu in ſcriptis
vel ſuper altari.l.pe.ꝛ ibi per bal.C.d̄
rebus cred.glo.in cle.prima in verbo
tactis de here.Bar.ꝛ alij in autenti
ca ſacra puberū ſed preſtatio fidei eſt
quando ꝓmitto ſub fide non tactis
ſcripturis.d.c.ad aures.cū ergo tex.
d.l.ſi quis maior in verbo inuocato
dei.ꝛc.ſolum requirat ꝙ contractus
et ꝓmiſſio ſit roborata per inuoca
tionem dei ꝛ non requirat̄ preſtatio
iuramenti:que intelligitur tactis ſcri
pturis vt dixi.ergo ſequitur ꝙ opi.
ſpec.ꝛ Jo.an.ē verior.q̄ opi.inocētij.

¶ Quinquageſimaſexta differentia
De iure canonico ſtāte comuni opi.
ꝙ ex pacto nudo oriatur actio.c.j.de
pactis.cū ſimilibus.regula illa non
habet locū ſm bal.in.d.c.j.in obligā
te ſe nomine alieno pacto nudo:ꝛ ið
fideiuſſor ꝓmittens pro alio non obli
gat̄ pacto nudo. quia tex. d.c.primi
loquitur in obligatione propria.fide
iuſſor em̄ nō poteſt obligari pacto nu
do niſi interueniat ſtipulatio.l.blan
ditus.C.de fideiuſſ.l.quinta.§.ſatis
acceptio.ff.de verb.ob.niſi fideiubeat
apud acta.l.cum oſtendimus.§.fi.ff.
de fideiuſſ.tuto.pro quo facit naꝫ di
ſpoſitio iuris ciuilis requirentis ſti
pulationem in fideiuſſore eſt appro
bata a iure canonico poſtq̄ non eſt
improbata.c.j.de no.operis nūcia.
ſed nullibi reperitur iure canonico ꝙ
ſolo nudo pacto.fideiuſſor.conſtitua
tur.ergo.requiritur ſtip.in caſibus in
quibus requiritur de iure ciuili ꝛ ið
ſit ī caſu dotis fideiuſſio nudo pacto
tenet:vt eſt tex.ſingularis in.l.fi.C.
ad vell.ꝛ Lud.in.d.§.ſatis acceptio
quem textum extendit Lud.in.d.au
tentica ſimiliter in ſcða charta.ad.l.
fal.ad cauſam piam.ita ꝛ iure canoni
co.Tu vero cōſidera ſi poteſt teneri
contra bal.videlicet ꝙ ſit in fideiuſſo
re diuerſitas īter ius canonicū ꝛ ciui
le vt de iure ciuili requiratur ſtip.ſed
de iure canonico ſufficiat pactum nu
dum:nam attenta idemptitate ratio
nis eadem eſt equitas vt ꝓmiſſio nu
da facta pro ſe valeat ſicut pro alio iu
re canonico quia tex.d.c.j.de pactis
loquitur indiſtincte licet glo.intelli
gat nomine proprio paciſcēte:ꝛ ideo
non puto limitationem Bal.veram
et adduco tex.in.c.qualiter.d̄ pactis.
vbi tex.loquitur generaliter ꝙ ſtudē
dum eſt vt ea que promittuntur ope
ra cōpleātur.ꝛ ſic ſiue pro ſe ſiue pro
alio:Et qua ratione in pijs cauſis fi
deiuſſio tenet.q꞉ non conſideratur in
talibus cauſis nimia ſolemnitas ita
etiam erit generaliter de iure canoni
co:ꝛ ſi dicat̄ ſpāle eſt in dote:ꝛ cā pia
vt nudo pacto fideiuſſor teneat:ergo
in contrarium eſt ius comune in alijs
l.j.ad municipales.quia reſpōdeo h̄
eſſe verum de iure ciuili:ſed iure cano
nico nego ꝙ ſit ſpāle imo regulare ſi
ue nomine ꝓprio ſiue nomine alieno
et ſic remanet defenſata concluſio cō
tra Bal.in.d.c.j.de pactis. Cogita
tamē an.de iure canonico valeret ta
lis promiſſio pro alio nudo pacto fa



cta tanq̄ ipſe ſit repromiſſor et prin
cipalis et non tanq̄ fideiuſſio poſtq̄
non interuenit ſtip.ſicut dicimus in
ſimili per Bar.in.l.ſi quis pro eo.ff.
de fideiuſſ.ꝛ Ang.in.l.hi q̄ eo.ti.in eo.
qui ſe obligat in plus tanq̄ fideiuſſor
et iurat.Nam virtute iuramenti obli
gat⁹ tanq̄ ꝑncipalis ꝛ non tāq̄ fideiuſ
ſor qui non eſt obligatus in duriorez
cauſam.l.grece.§.illud.de fideiuſſ.nā
forma dat eſſe rei.c.q꞉ ꝓpter de elec.
ſed de forma fideiuſſionis eſt ſtip.
ergo.ꝛc.vel poſſumus dicere ꝙ obli
gabit̄ tanq̄ conſtitutor in quo nō re
quiritur ſtip.l.tytius.la ſcða.cum.l.ſe
quēti.ff.de conſtit.pecu.l.labeo.ff.de
pactis.quia quando ſit promiſſio ſu
per alia obligatione ſua vel alterius
etiam ſi ſit naturalis tm̄ oritur actio
de conſtituta vt in.§.d̄ cōſtituta.inſt.
de actio.ꝛ ſic poteſt reduci ad cōcor
diā opi.Bal.ꝛ mea quod nota.

¶ Quinquageſimaſeptima Differē
tia vt voluit Bal.in.l.petens.C.de
pactis vbicūq; quis cōuenit nudo pa
cto ſine cauſa alicui dare decē huiuſ
modi pactum etiā de iure canonico
nō eſt efficax q꞉ nō poteſt plus pare
re pactū de iure canonico q̄ ſtip.de
iure ciuili vt colligitur ex tex.d.c.j.d̄
pact.in verbo firmitatē iuncto tex.in
ſtit.de verbo.ob.in pri.Et ideo ſicut
ſtip.non eſt efficax.d̄ iure ciuili ſine cā
l.ſcða.§.circa de doli except.ita pa
ctum quinimo plus ſm bal.ibi quia
etiam ſi habeat cauſam ꝑſumptaꝫ de
iure canonico nō agetur ne cōcurrāt
dua ſpālia ſcilicet ꝙ pactū nudū pa
riat actionē ꝛ ꝙ fingatur cauſa.ar.l.j.
C.de dotis promiſſ.ſicut in donatiōe
interꝑtatiua facta nudo pacto ī qua
non orit̄ actio:ſed hoc vltimū dictum
bal.nō videt̄ mihi verū q꞉ pactū nu
dum ꝛ ſtip.equiperāt̄ de iure canoni
co et ideo ſicut de iur̄ ciuili in ſtip.vbi
eſt ꝑſumptio donatiōis vel ex quali
tate ꝑſonarū vel negocij talis ſtip.eſt
efficax.ꝛ nō obſtat exceptio.l.cāpan⁹
ff.de ope.lib.ꝛ nota.in.d.§.circa:Idē
dicendū eſt de iur̄ canonico in pacto:
non ob.ꝙ lex ſi quis argentū.C.d̄ do
na.non habeat locū in donatiōe pre
ſumpta facta nudo pacto q꞉ illð eſt
ideo ne concurrant duo ſpālia que rō
ceſſat de iur̄ canonico in caſu nr̄o ex
quo ius canonicū gn̄aliter non curat
veſtimētū pacti.quod tene mēti.

¶ Quinq̄geſimaoctaua differentia.
Clauſula appel.remota appoſita in
reſcirpto tollit omnē appellationē vl̄
iuſtā vl̄ friuolā in poſſeſſorio etiā vbi
al's appellaret̄ in aliq̄ caſu ſpeciali:q꞉
vt aliquid operet̄ Ampliat naturam
poſſeſſorij:ꝛ remouet obſtaculū.hoc
voluit ſignant̄ Bal.in.l.ſecūda.C.de
appell.Arg.notatorum per Jac.de
Aret.ꝛ Bar.in.l.j.§.item nunciatio
ff.de no.op.nun.Nā d̄ iure ciuili ſolū
ſecūdum ꝙ non poteſt appellari re
gulariter in poſſeſſorio vt in.l.j.C.ſi
de momē.poſſeſſ.fuerit appellatum:
ſecus puto de iure canonico ſecūduꝫ
ꝙ poteſt appellari regulariter ſꝫ gl.
ꝛ doctores in.c.cum ad ſedeꝫ.de reſt.
ſpol.attenta regula Jaco.de arena.
et Bar.in dicto.§.item nunciatio.et
ita ſemel alex.in allegationib⁹ viua vo
ce mihi reſpondebat ad illud dictum
Bal.ꝙ ei allegauerā in cauſa cuiuſdā
ſpoliationis beneficij.in qua per pa
pam fuerat cōmiſſa cauſa appellatio
ne remota et appellauerat clientul⁹
dn̄i alex.ego vero dicebā ꝙ nō poterat
appellare propter clauſulam illam ap
pel.remota.que clauſula ita operaba
tur de iure canonico ſicut d̄ iure ciuili

cum adijceretur vtroqȝ iure actui iã
conceſſo. Nam etiam de iure cano-
nico in aliquibus caſibus non poteſt
appellari in poſſeſſorio ſm Ange. in
d.l.j.C. ſi de momẽt. poſſeſſ. ⁊ ideo ẽt
dicta clauſula operatur cum adijcia
tur actui iam conceſſo ⁊ ſi nõ in gene
re ſaltem in aliquo caſu ſpãli. Cogita
tamen, ⁊ vide franciſcum aret. illud di
ctum bal. ſimpliciter approbãtẽ in cõ
ſilio.xx. in. iij. col. ⁊ in conſilio. cvj. in
fine. qđ no.

¶ Quinquageſimanona differentia
Uacante ĩperio iuriſditio terrarũ im
perij cõpetit pape. c. licet ex ſuſcepto
de foro competenti. Non autem idẽ
eſt in legato ſedis aplice ſm ſpec. in
ti. de legato. §. oſtendendũ. ꝟſiculo.
xix. quia nemo debet ponere manũ in
his que ſpãli prerogatiua pape com
petunt. c. ꝙ tranſlationẽ de officio le
gati. ſed hoc pape eſt conceſſum ſin-
gulariter in ſignũ ſingularis preemi-
nentie vt voluit plene Lud. in ſingu-
laribus ſuis in ti. de iud. in. xxxiij. ſin
gulari. Econtra autem vacante ſede
papali non ſuccedit imperator nec in
tẽporalibus nec in ſpiritualibus alle
gat tex. ſingularẽ in. c. qualiter. đ. iud.
pro hoc facit nam valet ꝑſcriptio obe
dientie ꝯtra ĩperatorẽ ſed nõ contra
papã. vnde coram papa directo cõue
niri poteſt ꝗlibet non recognoſcẽs ſu
periorẽ. c. nouit. i. x. col. de iud. Card.
in clem. paſtoralis. §. vt illõ de re iud.
in. iij. col. vbi exẽpti ab ĩperatore ſub
ſunt pape ſicut olim ĩperatori vt vo-
luit oldr. conſilio. cclxiiij. ĩcipit qꝛ to-
ta: vbi probat ꝙ rex hyſpanie poteſt
conueniri directe coram papa. Card.
in clemẽ. pñti. in. vij. queſtiõe de cenſi
bus. vbi dicit ꝙ ꝑſcribitꝛ ne ꝗs ſubſit
imꝑatori: ſꝫ pape ⁊ dicit ꝙ nõ obſtat
c. cũ nõ liceat: de ꝑſcriptionibꝰ qꝛ cõ-
tra obedientiã nõ preſcribitꝛ actiue ſꝫ
paſſiue facit qđ notãt dñi de Rota in
ti. de ꝑſcrip. deciſione ꝓma vbi articu
lus de ꝑſcript. obedientie non auditꝛ
niſi dicat ꝙ alteri eſt effectꝰ ſubiectꝰ
vel ſubditꝰ ⁊ ita declarat bar. in. l. ho
ſtes. de capt. in. l. acta. ff. đ re iud. in. l.
ij. ff. de collegijs illicitis: i materia tñ
feudali ſicut aliqs eximitꝛ ab alijs or-
dinarijs. c. ceterũ. đ iud. ita ẽt a papa
⁊ ita ĩtelligas tex. ĩ. c. nouit. de iud.

¶ Sexageſima differentia. De iure
ciuili regulariter nati ex dãnato coi-
tu excludunꝛ a ſucceſſione parentum
vtriuſqȝ ſexus ⁊ etiã ab alimẽtis vt ẽ
tex. in autẽtica qbꝰ modis naturales
efficiunꝛ ſui ibi neqȝ eſt alendus a pa
rentibꝰ autentica. lꝫ. C. de naturalibꝰ
lib. ⁊ autẽtica ex cõplexu. C. de inceſt.
nupt. ſꝫ de iure canonico filij ſpurij vl
nati ex dãnato coitu: debẽt ali ⁊ nu
triri a parẽtibus ſm facultates eoꝝ
vt eſt tex. ſingularis in. c. cũ haberet.
ad fi. de eo ꝗ duxit in matri. quã pol
luit per adulteriũ ⁊ ibi abb: dicit illũ
tex. nõ eſſe alibi ⁊ ſm ipm in hoc ſtaꝛ
iuri canonico etiã đ iure ciuili qꝛ eccle
ſia ĩduxit hoc ex quadã equitate na
turali ⁊ ne filij alimẽtis ꝓuati pereãt.
et ẽt ſentit Bar. in. d. autentica ex cõ
plexu vbi per rõnẽ dicti. c. cũ haberet
dixit parẽtes poſſe legare filijs ſpu
rijs rõne alimẽtoꝝ vel relinquere do
tes filiabꝰ cũ dos ſuccedat loco alimẽ
torũ. Bar tñ in. d. autẽtica ex cõple
xu. ⁊ i. l. fi. ff. đ his ꝗ vt ĩdign. videtꝛ di
uerſificare ius canonicum. a ciuili. cre
dit tñ nicolaus đ vbaldis in tractatu
de ſucceſſ. ab inteſt. ꝙ. d. c. cũ haberet
habeat locũ in dãnatis ex quocunqȝ
coitu, per dictam rationẽ licet Bal.
in. d. autentica ex complexu videatur



ſentire ius ciuile remanere ĩcorreptũ
in filijs nepharijs et inceſtuoſis ⁊ ſo
lũ in ſpurijs corrigi per. d. c. cũ habe
ret. ſed ĩ veritate ille tex. loquitur de
adulterino coitu ⁊ nõ de ſimplici ſpu
rio vñ limitatio Bal. nõ videtur bona.

¶ Sexageſimaprima dñia Iure ciui
li ludẽs ludo ꝓhibito ⁊ perdẽs repe-
tij ꝙ perdidit ſeu eiꝰ heredes vſqȝ ad
ꝗnquagĩta ãnos autẽtica aleaꝝ vſus
C. de relig. ⁊ ſumpt. fune. l. fi. C. đ alea
toribus. ſed iure canonico varie ſunt
opi. an poſſit repeti per victũ vel de
beat fieri reſtitutio pauperibus vel
poſſit retinere vide. d. Anto. Abb. et
Imol. in. c. penul. de vita ⁊ hone. cle.
⁊ Inno. ĩ. c. qꝛ plerıqȝ de immu. eccl. ⁊
Bal. in rubrica. C. de condi. ob. turp.
cauſam ⁊ Thomam de acquino ſecun
da ſecũde queſtione. xxxj. ⁊ Albericũ
in. d. autentica alearum. vbi diuerſifi-
cat ius canonicum a iure ciuili et alle
gat not. xxxv. diſ. in ſumma ⁊ ſubdit
ꝙ non opponitur preſcriptio minor
quinquaginta annorum licet dicat ꝙ
autẽtica aleaꝝ nõ corrigitꝛ per. l. oẽs
et ꝑ. l. ſicut. C. de ꝑſcrip. xxx. ãnorũ. et
hoc ſi ille fuerũt cõdite poſt autẽticã
aleaꝝ. ſi autẽ autẽtica fuiſſet federici
vel iuſtiniani nõ eſſet correcta ⁊ iudex
eccleſiaſticus ĩuocat brachiũ ſeculare
ſm Alberi. in. d. autentica alearum.

¶ Sexageſimaſecũda dñia ſm Lud.
in ti. de iud. in. xxix. ſingulari. de iure
ciuili habẽs tex. in. l. pretor ait. in. §. ꝗ
ait pretor. ff. de bonis aut. iud. poſ. ꝙ
miſſus in poſſeſſionẽ rei ex primo de
creto dꝫ habere expẽſas factas a reo
recuperãte poſſeſſionẽ in lite et oẽs
expenſas factas in re etiã ſi nõ ſint
vtiles vt eſt caſus ſingularis in. d. §.
qui ait licet ſecus regulariter: qꝛ non
ſufficit opinio faciẽtis vt eſt tex. in. l.
ſed an vltro. de neg. geſt. ſed ille. §. nõ
habet locum de iure canonico vt eſt
ſingulare dictum Hoſti. quod com-
mendat Io. and. in nouella per il-
lum tex. in. c. cum veniſſent. de eo qui
mittitur in poſſ.

¶ Sexageſimatertia dñia ſtatutum
laici ĩferioris ab imperatore factũ in
fauorẽ eccl'ie nõ valet tex. eſt ĩ. c. eccle
ſia ſancte marie de cõteſt. ſecꝰ in. l. im
periali vt eſt tex. ĩ. l. ſi diuina domꝰ ⁊
ibi bar. C. de exac. tribut. li. x. ⁊ papa
approbat. x. diſ. ſi in adiutorium. vbi
autẽ conſtitutio inferioris eſſet ſim
pliciter permiſſiua ⁊ nõ preceptiua: ⁊
tũc valet ⁊ cõprehendit clericos in fa
uorem eorum ſm Lud. in ti. de conſt.
in. x. ſingulari allegantem caſum ſin-
gularẽ. in. c. conſtitutus. de in ĩtegrũ
reſti. facit. c. cũ veniſſent de eo ꝗ mit.
in poſſ. et. c. eccleſia vt lite pend. ⁊ di
cit Lud. habuiſſe a lapo allegatione
c. ⁊ ſequẽti ⁊ ſic plus poteſt lex impe
rialis ꝙ̃ ſtatutum inferioris Aliũ ca-
ſum vide per Bart. in. l. ſancimus. C.
de ſacr. ſan. eccl. ⁊ aliuꝫ ꝑ abb. in. c. ad
audiẽtiam in fine de cleri. nõ reſid.

¶ Sexageſimaquarta dñia vt dixit
Lud. ĩ ti. de adul. in primo ſingulari:
tu ſcis ꝗ pena ſit de iure ciuili capiẽ-
ti duos viros ſcilicet pena mortis. l.
eũ qui duas. C. de adul. ſꝫ quero que
ſit pena de iure canonico cũ nõ agno
ſcat penam ſanguinis. dic ſm ipſum
ꝙ mulieri debent incidi capilli ⁊ pan
ni anteriores. xxxij. q. j. de benedicto:
ſm veram expoſitionem ibi approba
tam: in viro autem nõ reperitꝛ ſpãlis
pena de iure canonico quia ſumꝰ in
materia adulterij.

¶ Sexageſimaquĩta dñia De iure
ciuili ĩperator vl' hñs iura ĩperij. vt ẽ
dux mediolani rex Aragonie dixit lu

In ti. de pꝛeſcrip. in. xxx. ſingulari ⁊ in
cōſilio. clxxxviij. circa p̄miſſa. ⁊ Ymol.
in. c. ij. de rebus eccle. non alie. Alie-
nās ſeu vendens vel donans rem alie
nam transfert dominiū in emptoꝛem
et non poteſt inquietari emptoꝛ a ve
ro domino ſed ſolū dominus habet
regreſſum ad p̄ciū cōtra imperatoꝛē
vel hn̄tē iura imperij infra quadrien
nium: vt eſt tex. notabilis in. l. bene a
zenone. C. de quadriennij pꝛeſcript. ⁊
eſt textus in. §. fi. inſt. de vſucap. ⁊ vo
luit Bald. in. c. apoſtolice. de re iud.
in. vj. vbi dicit. d. l. ſolū habere locum
in pꝛincipibus nō aūt in inferioꝛibus
et vult martinus Laudē. in tractatu
de pꝛincipibus in. iij. col. Tn̄ de iure
canonico non pꝛocedit illa lex. vt eſt
glo. notabilis in. c. ij. de rebꝰ eccl. nō
alien. ꝙ intelligunt ibi doc. ſcilicet in
pꝛeiudicium eccleſiarū: ſed inter lai
cos ſentiūt ibi doc. ⁊ maxime abb. ꝙ
etiā p̄cedat dicta. l. Nā aliter intelli-
gēdo nō pꝛocederet in terris eccleſie
per tex. in. c. ſi duobꝰ de appel. ⁊ mul
tum reſtringeret. d. l. bene a zenone ⁊
ſic habet vnam limitationem ad. d. l.
bn̄ a zenone. Scdo limita. d. l. quādo
fiſcus vel pꝛinceps bona fide poſſide
bat credens ꝙ res eſſet ſua: als ſecꝰ
ſm Barto. in. l. fi. C. ſi contra ius vel
vtil. pub. ⁊ Bal. in. l. ij. C. de cōmuniū
rerū alien. Et iō dicit Bal. in. l. j. in
ij. col. C. de heredit. vēdi. ꝙ ad hoc vt
acquirēs a fiſco nō poſſit euictionē
patiꝰ deroget iuri tertij op3 ꝙ fiſcꝰ
poſſiderit et ſolēniter alienauerit rē
vt pꝛopꝛiam ita intelligūt. d. l. bene a
zenone. ⁊ Bal. in. l. fi. C. ſi aduerſus
fiſcū. et ſubdit Bal. in. d. l. ij. ꝙ ſi em-
ptoꝛ poſſidet ꝙ pꝛeſumit etiā fiſcum
poſſediſſe in dubio. ſʒ ſi emptoꝛ agit
pꝛeſumit cōtrarium niſi pꝛobet fiſcū

bona fide poſſediſſe ⁊ dixit abb. nota
ter in. c. penul. in. ix. col. de reiudicata
ꝙ. d. l. bn̄ a zenone debet intelligi qn̄
pꝛinceps tradit rem ſuam rōne poſ-
ſeſſionis quā habebat. tunc enim cō-
tractus tenet. ſʒ is cuius res eſt pōt
agere ad pꝛecium contra fiſcū ⁊ hoc
dicit notandum qꝛ multi errāt in in-
tellectu huius legis ⁊ hoc vult abb. in
d. c. ij. Tertio fallit. d. l. bn̄ a zenone. vt
nō p̄cedat in eccleſia donataria pꝛin
cipis: qꝛ rem alienā nō pꝛeſcribit qua
driēnio ſm glo. in. c. quicūq3. xij. q. ij.
et Lud. in ti. de pꝛeſcrip. in. iij. ſingu-
lari. et Ymol. in. d. c. ij. Itē quarto li-
mita vt non pꝛocedat in rebus eccle
ſie donatis alteri a pꝛincipe quia ille
non pꝛeſcribit niſi ſpacio quo alius
bona eccleſie pꝛeſcriberet. Nō autē
quadriennio vt eſt tex. in. d. c. quicūq3
Quinto limita illā. l. dummodo pꝛin
ceps donet rem alienam dicēdo ſe fa
cere de plenitudine p̄tātis ſm Bal.
in p̄hemio decretaliū in. ij. col. et ibi
dicit ꝙ oīs modicꝰ erroꝛ rūpit illā. l.
hec tn̄ limitatio nō videt mihi vera:
quia contra. d. l. bene a zenone loquē
tē indiſtincte. Ultimo limita. d. l. bn̄
a zenone vt nō habeat locum in pꝛin
cipe vel habēte iura īperatoꝛis quā-
do vellet dare rem non ſubditi: ſeu
rem non exiſtentem in ſuo territoꝛio
vt determinat notāter Paul. de ca-
ſtro cōſilio. cclxxxj. incipit pꝛimū du
biū. dicēs ꝙ papa nō pōt alicui laico
non ſibi ſubiecto tēpoꝛaliter aliquo
modo etiā ex cauſa per ſuū reſcriptū
auferre. dn̄ium: qꝛ cū iſte actꝰ ſit iuriſ
ditionis vt notatur in. l. fi. C. ſi cōtra
ius vel vtili pub. nō poteſt exerceri in
ter non ſubditos argumēto. c. per ve
nerabilē. qui filij ſint legitimi. immo
foꝛtius vult ꝙ hoc etiam pꝛocedat in



clerico qui nō eſſet ſubditꝰ niſi rōne
clericatꝰ qꝛ nō eſſet ſuppoſitus tēpo
rali iuriſditioni pape. nā dn̄ium rei
quā nō h3 vt clericꝰ ſed vt laicꝰ puta
ex ſucceſſione vel ſuo contractu non
pōt papa ſibi auferre ſicut nō poſſet
auferre laico vt ibi per eum. et idem
dicit Paul. de caſtro in cōſilio. clvj.
incipit viſo ⁊ examinato verſus finē
vbi dicit idē de imperatoꝛe reſpectu
laici ſibi nō ſubdit. allegat Inn. in. c.
in nr̄a. de iniurijs. ⁊. c. nouit. de iud.
in verſiculo theodoſius. vbi lʒ īpera
toꝛ poſſit reuocare ſuā legē in pꝛeiu
diciū ſibi ſubditi. tn̄ ſecus in lege con
ceſſa nō ſubdito: ⁊ idem dicit de cleri
co. et idē firmauit. d. Ant. in. c. cōſtitu
tus. de relig. dom. vbi dixit ꝙ plenitu
do in clericos reſpectu eccleſiaꝝ non
pꝛocedit reſpectu bonoꝝ ſuoꝝ patri
monialium. de q̄bus papa ad libitū
diſponere non pōt: ſicut nec pꝛīceps
ſecularis. ⁊ ibi abb. in. d. c. conſtitutꝰ.
dicit ꝙ eſt dictū ſingulare ⁊ nō recoꝛ
datur ſe alibi legiſſe amplꝰ eius qd̄
dixit Inno. in. c. īquiſitionis de ſen.
ex. facit tex. ⁊ ibi. d. Anto. ⁊ abb. in. c.
cum dilectus. de iure patronatꝰ ꝙ in
patrimonialibus clericus cenſet lai-
cus. vnde non pōt pꝛiuari a papa pa
trimonio ſuo ſicut nec laicus ab īpe
ratoꝛe per notata in. c. que in eccleſia
rum de conſtitut. et iſtud puto verū
in terris non ſubiectis pape. vbi aūt
papa diſponeret in terris ſuis nō ſo
lum contra clericos ſed cōtra laicos
poteſt ex cauſa tollere ius queſitū. vt
ſentit Paulus de caſtro in. d. cōſilio
⁊ abb. cōſilio. xlj. incipit ſaluatoꝛis in
fine. et. d. Anto. in. c. per venerabilē.
qui filij ſint legiti.

¶ Sexageſimaſexta differentia. De
iure ciuili in obligationibus facti qs

pꝛeciſe nō pōt cōpelli ad factū dixit
tex. ī. l. ſtipulatiōes nō diuidūtur. in
verſiculo celſus. ff. de ver. ob. ⁊ in. l. ſi
quis ab alio. ff. de re iud. ſed ſuccedit
obligatio adītereſſe: ſecꝰ de iure ca-
nonico qꝛ obligatꝰ ad factū p̄ciſe cō-
pellit ſi implere poteſt dixit Lud. in
dicta. l. ſtipulationes qꝛ vt dixit tex.
in. c. qualiter de pactis. ſtudioſe agē
dum eſt vt ea que pꝛomittunt opere
compleātur ergo deſideratur imple
mētum foꝛmale ⁊ ſpecificum et etiam
ſm ipſum quia inter ſimplicē loque
lam ⁊ iuramētum deus nō facit diffe
rentiā. ſed pꝛomiſſio facti iurata obli
gat pꝛeciſe: vt eſt glo. ſingularis in. l.
ſi pecuniam. in pꝛin. ff. de condit. ob
cauſam. et doc. in. c. per tuas. de arb.
⁊ in. d. l. ſtipulationes. ergo ⁊ ſimplex
pꝛomiſſio ſed adde ꝙ hanc limitatio
nem non puto veram quia contra. c.
dilecti de arb. vbi exiſtēte cōpꝛomiſſo
nō iurato nō cogitur quis pꝛeciſe ad
obſeruātiam laudi. ſed liberatur pꝛe
ſtādo ītereſſe. l. ſtipulationes. ī verſi-
culo celſus. ⁊ eſt in elec. p̄mittētis qd̄
velit dare. l. plerūq3. ff. de iure dotiū
ergo ſoluēdo intereſſe adīplet. ⁊ hoc
voluit Io. and. poſt Inno. ī. d. c. qua
liter. in quantum dicit qui nō implet
ſeruando pacta alteri ad intereſſe te
netur. ff. de actio. empt. l. j. ſm Ant.
p̄terea ſi vera eſſet opinio. Lud. due
eſſent ſpecialitates de iure canonico
ſcʒ ꝙ ex nudo pacto ageretur et ꝙ
etiam poſſet pꝛeciſe ad factum com-
pelli contra diſpoſitionem iuris ciui
lis cōtra. l. j. C. de dot. pꝛomiſſ. ex quo
remanet concluſio contra ludouicū
ꝙ pꝛomittens factum pꝛeciſe nō po
teſt compelli ad illud ſiue pꝛomittat
pacto nudo ſiue ſtipulatione tam de
iure canonico q̄ de iure ciuili.

¶ Sexageſimaſeptima dr̄ia.⁊ ꝯfor-
mis eſt precedēti.vbi interuenit iura-
mētū de iure canonico in obligatio-
nibꝰ facti quis preciſe pōt cōpelli ad
factū.vt eſt tex.et ibi.d. Anto.in.c.fi.
ne prelati vices ſuas:ſecꝰ de iure ciui
li ſm Ymol.l.ij.in.§. penul.in fi.ff.de
donat.ſm qd̄ ius ciuile iuramētū nō
videtur obligatorium niſi in liberto
iuxta.l.ſi qs ꝓ eo.ff.de fideiuſſ. Naʒ
ſicut principalis obligatio facti reci-
pit tacitā obligationem ſi non ſolua
tur intereſſe iuxta notata in.l.ſi quis
ab alio.ff.de re iud.ita et iuramentū
l.fi.C.de non nu.pec. adde ꝙ idem vi
detur de iure ciuili qd̄ de iure canoni
co vt quis preciſe cōpellat̃.vt eſt glo.
in.l.ſi pecuniam.in prin.ff.de condit.
ob cauſam:quam allegat Bal.in pre
ludijs feudorum.⁊ in.l.j.C.de ſen.que
pro eo.qd̄ intereſt ⁊c. ⁊ in.l.ſed ⁊ hec
§.preter.de ꝓcur.⁊.d.Ant.ī.c.veniēs
de iureiur. Nā debet ſeruari iuramē
tum in forma ſpecifica.c. ad noſtraʒ.
de iureiur. ⁊ etiam per regulam poſi
tam in.c.cum cōtingat de iureiuran.
nec obſtat.l.fi.C.de non nu.pec.qꝛ re
ſpondet Ymol.in.c.per tuas de arb.
ꝙ illud ibi contingit eo quia non eſt
veriſimile ꝙ qs velit obligari effectua
liter ſi pecunias non recipit: ſed reci
pere ſperat.ideo nimirum ſi iuramē-
tum limitatur ſm perambulam obli
gationeʒ.quia non debet preſumi ꝙ
quis velit iactare ſuū que ratio ceſſat
quādo quis ꝓmittit facere aliqd cū
iuramento. nam videtur ꝙ poſſit co
gi per id qd̄ habet̃ in.c.cum.c.laicus
de foro compet.in.vj.et in.c. licet de
iureiu.eodē libro.⁊ hoc tenet Ymol.
in.c.j.de iud.⁊ iud.in.d.l.ſtipulatiōes
qui allegat plura maxime tex.ī.c. ex
ꝑis.in.c.ſicut de ſpōſ. ⁊ rn̄det ad ea
que ꝯſueuerūt in ꝯtrariū allegari vt
ibi latiꝰ per eum vn̄ hec eſt magis cō
munis opi.gl.a qua nō eſt in iudican
do recedēdum iuxta vulgareʒ doctri
nam Iac.Butri.in.l.j.C.qui pro ſua
iuriſditione.pro qua facit tex.in.c.de
bitores. de iureiurā.ibi redde dn̄o iu
ramentum in ea forma in qua eſt iu-
ratum etiam ſi cōtineat turpitudinē
ex parte recipiētis ⁊ etiā ſi poſtea eiꝰ
virtus non duret.c.ex litteris.c.com
miſſum. de ſponſa. vbi iuramentum
de deſponſanda aliqua nō impletur
ingreſſu religionis ſed debet primo
deſpōſari poſtea fieri profeſſio ⁊ tex.
in.c.breui. de iureiur. vbi difficultas
excuſat a ꝑiurio.vt qs nō cōpellatur
ergo ceſſāte difficultate cōpellit̃. Itē
iuramētum inducit preciſaʒ coactio
nem.d.c.fi.ne prelati vices ſuas in ver
ſiculo diſtricte compellas ⁊ in verbo
reſtituere ergo manu militari. l. q re
ſtituere.ff.de rei vend. Item per.l.ſi
quis maior. C. de trāſac.vbi qn̄ in cō
tractu interuenit iuramentum lʒ pe
na ſit appoſita in ꝯtractu nō ſufficit
ſoluere penam.ſʒ ſi pars ꝯtraueniat
tenetur ſoluere penā ⁊ ſeruare cōtra
ctum ⁊ ibi Bal.dicit ꝙ iuramentum
habet vim clauſule rato manente pa
cto. Nō obſtat ꝙ iuramentuʒ debet
ſortiri naturam cōtractus pricipalis
quia fateor principalem ⁊ naturalem
ſed nō accidētalem que prouenit con
tractui ex mora.l. Itē tenuit.§. cum
prediximus.ff.de petitione heredita
tis.intereſſe aūt preſtat̃ in facto per
morā iuxta.l.ſi inſulā.ff. de verb.obl.
Itē ad.l.fi. de nō nu.pec. reſpōdeo
ꝙ ibi iuramentum nō erat preciſum
ſed habebat tactam conditionē a le-
ge ſm Io.and.in.c.queādmoduʒ.de
iureiurā.ſed in caſu noſtro iuramen-



tum erat preciſum ſm verba ideo ob-
ſeruāduʒ. Non obſtat.c.per tuas.de
arbi.qꝛ iuramētū ſuper compromiſſo
habet cōditionem ſi eque fuerit ar-
bitratus.c.quintauallis.de iureiurā.
et pro hāc opi.facit.nam ſi fauor vl-
time volūtatis operatur.vt quis pre
ciſe poſſit cōpelli.vt ē.tex.ī.l. fideicō.
§.fi.de leg.iij.multo fortius fauor re-
ligionis. iuramēti. Nō obſtat vltimo
argumentum etiā Io.and.ꝙ promit
tens factum duo promittit:qꝛ hoc ne
go qꝛ intereſſe venit propter moram
et ſic nō eque principaliter ergo iura
mentum refertur ad factum ⁊ ſequit̃
naturam ꝑmordialē nō aūt accidenta
lem.que omnia tene menti . Et vide
Io.de ana.in.d.c.fin.ne prelati vices
ſuas:⁊ abb.ī.d.c.ꝑ tuas.⁊ ī.c.j.d iudi.

¶ Sexageſima octaua differentia.
Perſona debens alicui alteri reue-
rētiam nō poteſt ꝯtra ipſum mouere
actionem famoſam ⁊ īfamantem etiā
de facto.l.ij.ī fi.ff. de obſequijs.vbi li
bertus nō ītētat īterdictum vnde vi
cōtra dn̄m ⁊ Inno.ī.c.ceterū.de iud.
⁊ Bal.in.c.imperialē.in.§.fi.de phi-
bita feu.alienat.vbi vaſallus nō agit
actione furtiua vel alia īfamāte cōtra
dn̄m. Eodē modo parrochianus con
tra preſbyterum parrochianum. Et
idē in patre nutritiuo.l.iniquum.C.q
accuſa.nō poſſunt.habetur.l.non de-
bet.ff.de dolo.notatur ī.c.prohibent̃
ij.q.j.d iure xp̄o canonico ſecus eſt tex.
in.c.ex pte.j.eodē.vbi monachus ac-
cuſat abbatē niſi dicamus ꝙ etiaʒ de
iure canonico ꝑdicta ſint xp̄a.fallit in
accuſat.facta fauore reipublice ſeu vti
litatis eccleſie.qꝛ tūc contra illos pōt
intētari actio vel accuſatio q īfamet.

¶ Sexageſimanona differētia. De
iure ciuili q nō īplet volūtatem defun
cti priuatur in totum hereditate hoc
ſaluo ꝙ ſi eſt de liberis retinet legiti-
mam.l.fi.⁊ ī auť.hoc amplius.C. de fi
deiuſ.ſed ſm canones heredes q non
parent volūtati defunctorum debent
in totum priuari ſucceſſione. C.ſilue-
ſter.xv.q.j.c.licet.ī fin.de voto.

¶ Septuageſima differētia. Iure ci
uili imponitur pena durior ſacrilego
ꝙ̄ iure canonico. l. ſacrilegij. ff. ad.l.
iul.pecul.nā de iure canonico ſi ī ꝑſo
na clerici ipſo iure eſt excōicatus.c.ſi
quis ſuadēte diabolo.xvij.q.iiij. Si
vero ī re.eccľie ſit ſacrilegiuʒ tūc poſt
trinam monitioneʒ eſt excōicatus.c.
quiſqs.xvij.q.iiij.⁊ ī.c.ſi qs cōtumax.
et dixit Ludo.in ti.de furtis.in.ij.ſin
gulari.tu habes.l.ſi nōdum.C.de fur.
cum ſi.ꝙ aufferens ſacrū.de ſacro pu
nitur.vt ſacrilega nō vt fur de iure ci
uili. De iure vero canonico īcidit in
furtum ⁊ ſacrilegiū. et pōt vna pena
vel alia puniri.⁊ dicit Lud.tenenduʒ
menti ꝙ in hoc ſequimur ius canoni-
cum et allegat ſingulare dictum Ar-
chid.in.c.corpa.de con.diſ.j.q allegat
tex.optimum.in.c.quid ergo.xxiij.q.
iiij.et vide Ange.are.inſt.de rerum di
uiſ.§.ſacra.in fi.et aſteſanā in ſumma
lib.j.ti.xxxiiij.et.c.j.⁊ vide Bar.in.d.
l.ſi nōdum.vbi ponit differentiā. Nā
ſm leges cōiter ſacrilegium ſi res eſt
ſacra ⁊ auferatur de loco ſacro.ſʒ ſm
canones ſufficit alterum tantum.de
quo.xviij.q.iiij.ſacrilegium.

¶ Septuageſimaprima differentia.
Scd̄m leges in vſucapione requirit̃
bona fides ab initio.l.j.C.de vſucap.
trāſfor. Sed ſm canones cōtinua exi
gitur bona fides.xvi.q.iij.§.poteſt.⁊
ſecundum leges in longiſſima pre-
ſcriptione non requiritur bona fi-
des nec iuſtus titulus.C. de annali

except.l.j.ſm canones preſcribēs de
bet habere bonam fidem.alś preſcri
ptio nō procedit.c.vigilanti.de pre
ſcrip.xxxiiij.q.ij.ſi virgo. quādoqꝫ ta
men ſm canones in lōgiſſima ꝓſcrip.
requiritur iuſtus titulus.vt notatur
in.c.ſi diligenti.de preſcript.et ibi no
tatur.⁊.xvi.q.iij.in ſumma.

Septuageſimaſecūda differentia
Scdm leges.interrupta preſcriptiōe
ꝑ litis cōteſt.poteſt poſtea poſſidēs
preſcribere.l.fi.C.d preſcript.xxx.an
norum.ſed ſm canones nō poteſt poſt
ea preſcribere poſſidens cum preſu
matur habere malam fidem.et de ſuo
iure titubare.C.d acqui.poſ.l.nemo.
vnde nō preſcribit ad mille annos.c.
fi.de preſcrip.notatur in.c.per ſingu
las.xvi.q.iij.

Septuageſimatertia differentia.
Iure ciuili in preſcribēdis iuribus q̄
continuā cauſam nō habēt requiritur
duplicatum tempus.l.fi.C. de ſeruit.
l.ſi ſit ꝯſtitutis.ff.queādmodū ſeruit.
amit.Sed iure canonico ſm canones
in oībus vel habeāt cām cōtinuā vel
non ſufficit preſcriptio.xl.annorum.c.de
quarta.de preſcript.et notatur in.c.
cum eccleſia ſutrina de cauſa poſſ.et
propriet.et qñqꝫ de iure ciuili.requiri
tur tempus cuius non exiſtet memo
ria.l.fi.de aqua plu.arcen.

Septuageſimaq̄rta dr̄ia. Ius ca
nonicum reprobat ſportulas dādas
iudicibus.c.cum ab omni.de vita et
hone.cle.ſecus de iure ciuili tam in or
dinario ꝙ̄ i delegato.d.c.cū ab omni
et ibi per abb.et alios.ſed an con
ſuetudo valeat in cōtrarium.de iure
canonico Spe.in ti.de ſalarijs.in.§.j.
verſi.ſi vero ordinarius tenet ꝙ ſic.ſꝫ
glo.ſingularis in clem.ſtatutū de ele
ctio.tenet cōtrarium ⁊ allegat.d.c.cū
ab omni.et Lud.in ti.de cōſuetud.in
iij.ſingulari.et vide Abb.et alios in
d.c.cum ab omni.et Saly.in ſimili.l.
iubemus.C.ad.l.iul.repet.poſſet dici
ꝙ iudex ſiue ordinarius ſiue delegatꝰ
ſi nō habet beneficiū ſufficiēs nec red
ditus ſufficiētes ꝙ iſto caſu ius cano
nicum nō reprobet ſportulas.per.d.
c.cum ab omni a cōtrario ſenſu et lo
quatur in delegato tamē ratio tex.
militat etiam in ordinario alś aut ꝓ
cedat glo.d.clem.ſtatutum.

Septuageſimaquinta differentia
De iure ciuili ex pollicitatio.nō agit
l.pactū.ff.de pollicitat.que eſt vnius
tantum promiſſio.l.ſciēdum.§.dictū.
ff.de edil.edicto.tamē de iure canoni
co ex pollicitatio.poteſt agi vt ē tex.
et ibi abb.in.c.qualiter.de pactis.dū
tex.dicit ꝙ omnis promiſſio eſt neceſ
ſario executioni mādanda.nec tex.re
quirit ꝙ interuenerit ſtipu.vel alia ſo
lēnitas.et ſic videtur cum verbum ꝓ
miſſio ſit multum generale.nedum in
pacto ꝙ eſt duorum.ſed etiā in pollicita
tio.q̄ vnius tantū.d.§.dictū debet ha
bere locum tex.d.c.qualiter.Nam ex
ſignificato huius verbi ꝓmittuntur
nō eſt neceſſe ꝙ interuenerit pactum
ſed ſufficit mala promiſſio tantum.et
ꝓ hoc allegat tex.in.c.iuramēti.xxij.
q.v.vbi inter ſimplicem loquelam et
iuramētum deus nō facit differentiā
ſcꝫ quo ad obligandum ꝓmittentem
vel iurantem aliquid.nam vterqꝫ pec
cat cōtraueniendo:licet in qualitate
reatus ſit differētia.q̄ grauiꝰ veniēs
cōtra iuramētū peccat.c.penul.de iu
reiurā.⁊ ꝓ hac opi.facit qd̄ dixit pſal
miſta.que ꝓceſſerunt de labijs meis
nō faciā irrita.et ſic ſiue via pollicita
tionis ſiue via pacti.Sed tu adde ꝙ
abb.fuit ſibiipſi cōtrariꝰ.nā in.c.cum
inter vniuerſitas.de elec.tenuit ꝙ nō
agatur ex pollicitatio.pro quo facit
nam ſpāle eſt in pijs cauſis.vt ex polli
citatione agatur ſm Bart.et Bald.
in.l.illud.C.de ſacr.ſanc.eccle.ergo in
contrarium eſt ius cōmune in alijs ⁊
idem tenet Io.and.in addi.Specu.
in ti.de ceſſione actiōe.et abb.in.c.ex
parte de cenſibus.et Io.de Imol.in
c.ij.d cōſuetudine.nō obſtat tex.in.d.
c.qualiter.in verbo promittuntur.q̄
intelligitur ſm Io.andr.vt faciat ad
titulum ſcilicet per ſtipulat.vel pactū
et nō de pollicit.et eodē modo reſpō
deo ad.c.iuramenti.q̄ vel loquitur in
pacto vel iuramēto.nam fortius eſt
pactum conſenſu duorum ꝙ̄ pollicita
tio.l.pactum de pollicitat.ſed in pijs
cauſis poſſet ſaluari abb.q̄ tūc de iu
re ciuili et canonico ex pollicitatione
agitur etiā ſi nulla cauſa ſit expreſſa.
q̄ tacite dicitur expreſſa ꝑ anima.l.ſi
quis tytio.de leg.ij.in gl.⁊ i.d.l.illud.
fateor tamen ꝙ peccat mortaliter nō
obſeruādo pollicitationem.⁊ ita pōt
intelligi qd̄ dixit pſalmiſta.facit qd̄ di
citur de voto qd̄ eſt quedam pollicita
tio.vt per abb.et doc.in.c.literaturā.
de voto.et archi.in.c.q̄ bona.xvij.q.
j.et ibi habetur ꝙ ex voto quis obli
gatur ergo ex pollicitatione.facit qd̄
habet in.c.ex parte.et in.c.ꝙ ſuꝑ his
et ibi abb.de voto vnū tm̄ reddit me
dubium ad tenēdum illud qd̄ tenuit
abb.in.d.c.qualiter.Nam pollicitatio
acceptata tranſit in pactum.l.pactū.
de pollicit.ergo queādmodum ex pa
cto nudo agitur de iure canonico.ita
etiā ex pollicitatione.Et ideo cogita
q̄ per iſtam rationem forte opi.quā
ponit abb.in.d.c.qualiter.eſt verior
ꝓ qua facit qd̄ nota.do.Anto.in.c.ſi
cautio.in.ij.col.de fide inſtru.vbi de
eq̄tate canonica.cōfeſſio facta abſen
te parte valet.vt nunc dico in ſequēti
differētia.⁊ hāc cōcluſionē tene mēti.

Septuageſimaſexta differentia.
Licet cōfeſſio facta parte abſente nō
preiudicet confitenti.vt eſt tex.in.l.cer
tū.§.ſi quis abſente.de cōfeſſis.illud
eſt verum de iure ciuili.Secus de eq̄
tate canonica.q̄ valet ſm do.Anto.
in.c.ſi cautio.de fide inſtr.nam ſm eq̄
tatem canonicam ſola mens videtur
ſufficere.et hoc videtur voluiſſe glo.
in.c.quotiens.in verbo promitto.in
fi.j.q.vij.et dicit Imol.in.c.ſi cautio.
illud dictum do.Anto.eſſe ſingulare.
et firmat Card.ibi dicens.de iure ca
nonico valere cōfeſſionem factam par
te abſente.⁊ Dominicus in.§.de his
ad finem.iij.q.ix.⁊ Bal.in.c.inotuit.
in prima col.de elect.vbi in cauſis ec
cleſiaſticis et ſpiritualibus valet con
feſſio abſente aduerſario.et idē Bal.
in.l.rationes.C.de probat.et ideo di
cit ꝙ nō poteſt reuocari.allegat no
tata i.d.c.quotiēs.⁊ in.c.ꝙ̄ꝙ̄.de vſur.
in.vj.et Bal.in aut.ſimiliter.C.ad.l.
fal.et in.l.illud.d ſacro.ſan.eccle.⁊ i.l.
gñaliter.in.x.q.C.d nō nu.pec.vbi cō
feſſio i teſtā abſnte ꝑte valet de eq̄ta
te.vide tm̄ do.Abb.i.c.ſi cautio.⁊ i.c.
fi.i.vij.col.de cōfeſſis.impugnātē hāc
differētiā iter ius canonicū ⁊ ciuile.ſꝫ
tamē cōis opi.eſt quā dixi.et illa re
gula de iure ciuili limitat multis mo
dis.de quibus i.d.c.ſi cautio.et in.d.
§.ſi quis abſente.

Septuageſimaſeptia dr̄ia. Licet
de iure ciuili incertitudo vitiet ꝓmiſ
ſionem.l.triticum.l.qui inſulam.ff.de
verb.obli.q̄ liberatur q̄s dādo mu
ſcam.tm̄ de equitate canonica nō vitia
tur ꝓmiſſio ſed taxatur aliquid arbi
trio boni viri.c.j.de decimis.c.q̄to de

cenſi.ſm archid.in.c.ſunt nõnulli.j.q.
j.⁊.d.abb. in.d.c.j.⁊.in.c.ex pte poſt.
d.Anto.de cenſi.et Bal.in.l.qui mu
tuam.§.ſalarium.ff.manda.et Jo.de
anania.in.c.cũ iuramento de homici
dio.⁊ cardi.in clem.prima . in.xxviij.
queſtione de teſtamentis.

¶ Septuageſimaoctaua.Differen-
tia. De iure ciuili ſex ſunt etates mũ
di ſm glo.in epl'a victor ⁊ ibi per Albe
ricũ q dicit ſecus de iure canonico:q
ſeptem ſunt vt per glo.in.c.j.de cele-
bra.miſſ.⁊ in pemio ſexti.⁊ tex.xxxv.
q.iiij.c. .⁊ quot durauerint dicte eta
tes vide Albericũ in dicta epiſtola vi-
ctor.⁊ Albericũ in dictionario iuris ci
uilis in vbo etas circa fi.⁊ dominicuz
poſt glo.in.d.proemio vi.in fine.

¶ Septuageſimanona . Differẽtia
De iure ciuili Abb.ponit p epum vt
eſt tex.in.§.ordinationẽ in autentico
de monachis:iure añt canonico eligi
tur a ↄgregatione monachorũ.c.ab-
bas.c.ſeqnti.xviij.q.ij.c.cum dilect⁹:
de cõſuetudine.⁊ hodie ius ciuili re-
ductũ eſt ad ius canonicũ vt eſt tex.
in.§.iubem⁹.in autentico.de ſanctiſſ.
epiſcopis.⁊ Abericus in dictionario
iuris ciuilis in verbo Abbas.

¶ Octuageſima.Differentia.Nam
dixit Bald.per illum.tex.in.c.qua-
liter.de pactis.⁊ Lud.in.l.ſtipulatio
iſta.in pn.ff.de verb.ob.ꝙ q aliquid p
mittit debet curare vt adimpleat et
ſic videt ꝙ in omni pacto itelligitur
promiſſio ſe facturũ et curaturũ : er-
go ſm ipſum ſi quis promittat factũ
alienum videt promittere ſe facturũ
et curaturũ:⁊ ſit factũ propriũ qd di
cit eſſe falſum niſi in pretoris ſtipula-
tionibus.Naz in ſtipulatione dandi
aliud eſt pmittere dare aliud curatu
rũ.l.fi.ff.ſi cer.pet.⁊ p hac cõcluſione
facit qd voluit Raph.⁊ Lud.in.d.l.ſti
pulatio.in princi.vbi ſi iteruenit iura
mẽtũ in promiſſione facti alieni late
iuramentũ operat vt videatur pmit
tere ſe facturũ ⁊ curaturũ argumẽto
ſi res ſit empta de pecunia ſymonia/
ca.i.q.j.non eſt putanda.

¶ Centeſimaquadrageſimaſecunda
differentia. Iure canonico ſi fama eſt
aliquẽ eſſe excõicatum vitãdus eſt.c.
cum deſideres.de ſñia excõi.c.illud.đ
clerico excõicato min. Sed iure ciuili
non probat ſola publica fama.l.iij.ff.
de teſtibus.

¶ Cẽteſimaq̃drageſimatertia dr̃ia.
Iure ciuili ornamenta et veſtes cum
mortuis ſepeliri nõ debẽt.ff.de relig.
l.at ſi quis.§.ſi autẽ. Iure vero cano
nico archiepiſ. ſepelitur cum pallio.
c.ij.de auf.et vſu pallij. Itẽ põt qua/
lis qualis dr̃ia poni inter ornamenta
archiepĩ ⁊ alioꝝ laicorum. Nam pro/
conſul extra prouinciam ſuam vtitur
cõſularibus inſignijs.ff.de offi.procõ
ſulis.l.j.canonico archiepi.nõ vtitur
pallio.extra prouinciam.c.ex tuaruꝫ.
c.i.de auf.et vſu pallij.

¶ Centeſimaquadrageſimaquarta
differentia. Iure ciuili videtur ꝙ ma/
trimonium poſſit contrahi ſine ver/
bis interueniẽte cõſenſu inter eos q̃
loqui p̃nt.ff.de reg.iuris. l. nuptias
Sed iure canonico requirũtur verba
conſenſuum exprimẽtia inter eos qui

poſſunt loqui in eis qui loqui nō pn̄t
mutus ſufficit.c.tue.et ibi no.de ſpō.
¶ Centeſimaquadrageſimaquinta
differētia. Jure ciuili in alienatione
rerū immobiliū eccleſie requiritur ſo
lēnitas autētice hoc ius porrectum.
C.de ſacr.ſanc.eccle. Sed iure canoni
co nō requiritur tanta ſolēnitas ſuffi
cit enī ꝙ intercedat ſolēnitas que tra
dit a canone.xij.q.ij.c.ſine except.
¶ Centeſimaq̄drageſimaſexta diffe
rentia. Locator iure ciuili finito tem
pore cōductiōis domū alij locare pōt
etiam inuito primo inquilino.l.eden.
C.locati. Sed iure canonico ſi ſchola
ris ſit primus inquilinus prohibetur
alius cōducere ſine cōſenſu primi in-
quilini tex.eſt in.c.j. de locato.
¶ Cēteſimaquadrageſimaſeptima
differentia. Dn̄s de iure ciuili pōt ex
pellere emphitheotam ſi per triēniū
nō ſoluat debitū canonē.l.ij.C.de iu-
re emphit.et in emphitheota eccleſie
eſt ſtatutum biēnium auten. qui rem
C.de ſacr.ſanc.eccle. in colono ſimpli
ci eſt ſtatutū biennium.l. quero.§.in-
ter locatorem.ff. locati. Sed iure ca-
nonico permittitur et colono et em-
phitheote purgare moram predictā
celeri ſatiſfactione.c.propter.et.c.po
tuit .de locato.
¶ Centeſimaquadrageſimaoctaua
differētia. Fructus percepti ex re pi-
gnorata extenuant ſortem.l. j.⁊.ij.C.
de pig.act. Sed iure canonico inueni
tur contrarium in duobus caſibus:
primo quādo recipit pignori feudum
ipſius eccleſie.c.j.de feudi.c. conque-
ſtus.de vſuris. Secundo quando.vir
recipit pignus pro dote ſibi ꝓmiſſa.
c.ſalubriter.de vſuris.q̄r lucratur pro
oneribus matrimonij.l.pro oneribꝰ.
C.de iure dot. Bart.in. l.inſulam.§.
vſuras.ff.ſolu.matri.
¶ Centeſimaq̄drageſimanona diffe-
rētia. De iure ciuili allegata cā̄ ſuſpi-
tionis iudex recuſatus compellit par
tes arbitros eligere coram quibꝰ co
gnoſcatur de cā ſuſpitionis ⁊ litiget.
C.de iud.l.apertiſſimi.⁊.l.cū ſpāli. Sꝫ
de iure canonico recuſato iudice eligū
tur arbitri corā quibus cognoſcatur
de cauſa ſuſpitionis.⁊ tūc ſi cauſa nō
fuerit vera.idē iudex procedit in cau
ſa ſuſpitione illa nō obſtante.ſi vero
inuenta fuerit vera ſiquidem recuſa-
tus iudex eſt ordinarius.iudex recu-
ſatus aut cōpellit partes eligere Ar-
bitros aut remittit ad ſuperiorem.c.
reprehenſibilis.c.ad hec.c.cum ſpāli.
de appel. Si vo ē delegatꝰ nullo mō
eliget arbitros.q̄r ſuſpēſa eſt eius iu
riſditio. c.ij.reqris ꝺ appellationibꝰ.
¶ Centeſimaquinquageſima differē
tia. Jure ciuili res ſacre vel religioſe
nullo modo poſſunt eſſe ī obligatiōe
l.iij.C.que res pign.l. ſancimus.C.de
ſacro ſan.eccle. Sꝫ iure canonico poſ
ſunt venire in obligatione ex cā neceſ
ſitatis.c.j.de pign.⁊ ibi not.
¶ Centeſimaquinquageſimaprima
differentia. Jure ciuili illi qui peccāt
cōtra naturā alio modo puniuntur
ꝙ̄ iure canonico.vt no.glo.in.c.flag
tio.xxxij.q.vij. Nā iure ciuili eſt pena
gladij. Sed de iure canonico nō. Di-
xit tamen ibi glo.ꝙ hoc crimen tem-
peſtates et peſtilentias inducit per
text.in autentica.vt non luxu.contra
naturam.et ſubdit q̄ puerum corrum
pit ad ſtuprū morte puniatur ꝑ tex.
de peni.diſt.j.ſollicitatores.§.qui pue
ro. Que aūt ſit pena.de iure canoni-
co contra laicos cōmittētes delictū
ꝯ naturā eſt tex.i.c.clerici.ꝺ exceſſi.p̄-
la.q̄ dicit ꝙ laici debēt excōicari cleri-



ci vero deponūt a beneficijs ⁊ in mo-
naſteriū detruduntur et vide. Bal.
in ſuo peculio in vbo ſodomitorū pe
na ⁊ ē intm̄ hoc crimen exoſū iure ca
nonico ꝙ ꝓpter enormitatē delicti pe
na extēdit ad nō peccātes vt dixit.do
Anto.in. d.c.clerici ꝑ glo.ibi et eccl'ia
habꝫ iuriſditionē ī laicos ꝓpter hoc
crimē vt dicit.multū elegāt. Abb.in.d.
c.clerici q̄cq̄d ibi dixerit.d.An.ꝑ ea q̄
habent i.c.cū ſit gn̄ale.de foro cōpe.⁊
Jnno.in.c.ꝙ ſuꝑ his de voto.⁊ adde
in hac materia ꝙ in ſtupro illō delictū
puniat eo modo hꝫ locū de iure ciui-
li vt cum maſculo ē pēa gladij ⁊ ſic dꝫ
decapitari.§.itē.lex iul.⁊.l.cum iur.C.
de adulte. Jtē qn̄ femina cū femina
ſtuprū cōmittit:nā gladio materiali
punit.l.fediſſimā ⁊ ibi glo.⁊ Saly.C.
de adulte. Sꝫ ꝺ iure canonico aliter
punit q̄r aut eā quam ſtrupauit acci
piat in vxorē aut dotet aut alio mō ca
ſtiget ſm̄ diſtinctionē de qua ꝑ tex.⁊
doc.in.c.i.⁊.ij.de adulte.
¶ Centeſimaquinquageſimaſecūda
dr̄ia. Jtē iure ciuili varie pene impo-
nunt furibꝰ vt per doc.in auten.ſꝫ no
uo iure.C.de ſeruis fugiti. Abb.i.c.fi.
de fur. Jo.de ana.in.c.tua.de homici
dio. Sed de iure canonico clericꝰ com
mittēs furtū dꝫ deponi et detrudi in
carceribus ad agēdū penitētiā.c. cū
nō ab hoīe de iudicijs.c.tue.de penis
et Abb.in.c.fi.in fi.de furtis.
¶ Centeſimaquinquageſimatertia
dr̄ia. Differētia ē interiꝰ canonicū ⁊ ci
uile qn̄ pena ē adiecta dationi vel fa-
cto vt pl'e ꝑ Jo.de ana.in c.fi.in ante
penulti.charta de vſuris et in fi.
¶ Centeſimaquiquageſimaquarta
differentia. De iure ciuili prorogatio
inſtātie nō firmatur iuramēto. Bar.
in.l.properādū.in prin.C. de iudicijs
et in.l.ſeius.ad.l.falci. Abb.in.c.pe.de
iudi. Sed Jo.de imo.et in.d.l. ſeius
⁊ in.c.cū contingat in.xiiij.char. Pe.
de ancha.in.c.licet.in.iiij.col. de iure
iur.in.vi.dicūt ꝙ tale iuramētū non ē
cōtra ius canonicū a quo regulantur
iuramēta.d.c.cū cōtigat.ita tollit.c.ſi
diligēt.ꝺ foro.cōpe.q̄r ibi actꝰ erat ex
ꝓſſe a canone īprobatꝰ ꝙ nō ē hr vult
imol.i.d.c.penul.ꝙ ēt inter laicos ī fo
ro ſeculari hꝰ iuramētū ligat qđ eſt no
tabile pro ſolutioni remedio circa
inſtantiam.
¶ Centeſimaquinquageſimaquinta
dr̄ia. Jure ciuili miſſus ī poſſeſſionē ī
actiōe reali ſtatī poſſidet.l.ſi q̇s em-
ptiōis.§.pe.⁊ ibi no.C.de ꝑſcriptiōe
xxx.āno. Jure vo canonico miſſus in
poſſeſſionē ī actiōe reali nō ē verꝰ poſ
ſeſſor niſi poſt curſū āni.c.ſi.ꝺ eo qui
mitti.ī poſſeſ.cā rei ſeruāde.ꝺ.offi.or
di.c.paſtoralis.not.in.c.contingit de
dolo.et contu.
¶ Cēteſimaquinq̄geſimaſexta dr̄ia
De iure canōico bōa eorū q̄ cōmittūt
enormia delicta in eccleſia confiſcātur
in fiſcum eccleſie.xvij.queſtione.iiij.ſi
quis deinceps et capi.quiſquis not.
xxvij.q.ij.capi.ſi quis. Sed ius ciuile
vult bona damnatorum tradi heredi
bus. auten.bona damnatorum.C.de
bonis dānatorum.
¶ Cēteſimaquinq̄geſimaſeptia dr̄ia
De iure ciuili infert pena mortis .l
aut damna et.l.capitaliū.de penis.§.
famoſos. Sꝫ iure canōico nō īfert pe
na mortis.c.ſniaꝫ ſanguis.ne clerici vl'
monachi. Quis ⁊ ꝺ iure canonico ſint
quedā pene que equiparātur morti
quia relinquit iudici ſeculari puniēdꝰ
c.ad falſariorum de crimine falſi.
¶ Cēteſimaq̄nq̄geſimaoctaua dr̄ia.
de iure canonico bōa hrticorū publicā

tur ⁊ filijs auferuntur:⁊ alijs propin
quis.c.vergentis de hereticis.xxiij.q
vij.ꝑ totū.Sꝫ iure ciuili nō auferunt
filij catholicis.C.de hereticis.l.co⸗
gnouimus.⁊.c.autē.idē ꝯ neſtorianis
ſed cōſtō feudorū q̄ incipit hac edicta
li conſonat iuri canonico.

¶ Cēteſimaquiquageſimanona dif⸗
ferētia.De iure ciuili ſiqs appellat a
ſnia excōicatiōis pendēte appellatio
ne nō eſt excōicatus ꝑ appellationem
enīꝫ reſcindit ꝓnūciatū.l.i.in fi.ff.ad
turpilianū:⁊ q: appellatiōe facta exē
ptus ē a iuriſdi.ei⁹.⁊ ſic ſua ſnia eū in
terrim non abſtringit.l.fi.ff.ꝯ iuriſdi.
om.iu.l.fi.C.ſi a nō cōpetēꝫ.⁊ a ſnijs
q̄ trahūt ſecū executionē appellari ēt
licet.ff.de penis.l.ꝙ ad ſtatū.⁊.l.qui
vltimo iure vero cananico diſtiguitur
aut ſnia excōicatōis fert idiē vl ſub cō
ditione:⁊ tunc ſi appellet interim nō
durat effectus excōicatiōis aut fertur
pure ⁊ hoc caſu remanet excōicat⁹ ēt
appellatiōe pēdente.c.preterea.c.pa
ſtoralis de applelationibus.

¶ Centeſimaſexageſima.differētia
Jure ciuili pendente reſtōne in inte⸗
grum reſtit.nihil eſt innouandum
neq̄ interim executioni mādatur ſen
tentia,C.nil nouari in inte.reſti.pen⸗
den.in rubro ⁊ nigro iure vero cano⸗
nico mandatur,ſententia executio
ni pendentem qōne in intregrū reſti
tutiōis dūmō iterponat cautio de re
uocādo oia retro ſi contingat conce⸗
di bñficiū reſtitutōis.c.ſciſcitata ꝯ i i
tegrū reſti.vel dic ꝙ ibi erat preſum
ptio.ꝯ petētē in integrum reſtitui vt
not.i.d.c.ſcitata.⁊ad hoc.C.de falſis
l.ſatis.

¶ Centeſimaſexageſimaprima dif⸗
ferentia.De iure ciuili ſi plures ſnie
ferunt in diſcordia obtinet ſnia pluri
riū.ff.de re iudi.l.duo ex tribus:Sed
iure canonico nō ē ita:nā icā criali nō
ſufficit ſnia pluriū ſꝫ oꝫ eē cōcorſ ſnia
vi.q.iij.ſi quis eps.not.ꝯ.re iu.c.iij.

¶ Centeſimaſexageſimaſecūda dif
ferētia.Jure canonico nō currit pſcri
ptio toto tempore prelati male alie⸗
nātis.vel dilapidātis.xv.q.iij.ſi ſacer
dotes Sꝫ iure ciuili nō habem⁹ hoc
ſꝫ currit pſcriptio ſtati poſt alienatio
nem.autem.quas actiones.C.de ſac.
ſanct.eccleſie.

¶ Centeſimaſexageſimatertia dif⸗
ferentia.De iure ciuili ea q̄ ab hoſti⸗
bus hn̄tur occupanti conceduntꝫ ⁊ ea
q̄ ſunt i bonis nullus inſtitu.de rerū
diui.§.itē lapilli.Sed iure canonico
in locis hitis ab hoſtibus romanis
aliqs eps nō pōt occupare dioceſiꝫ vl
ius parrochie niſi ei ꝯcedat a ſuperio
re.c.cum cauſam de probati.et ibi per
Inno.

¶ Centeſimaſexageſimaquarta dif
ferentia.Qui fugit i bello publico.de
iure ciuili capite punitur.ff.de re mili.
l.oēꝫ.§.q in acie.Sꝫ iure canonico eſt
infamis.vj.q.i.infames.

¶ Centeſimaſexageſimaquinta dif⸗
ferentia.Si qs legatū in legatis.po⸗
ſitū impediat traditur vt ſit ſeruus
hoſtiū.ff.de legatiōib⁹.l.fi.Sꝫ iure ca
nonico excōicat.xxiij.di.ſi quis.

¶ Centeſimaſexageſimaſexta.dif⸗
ferentia.De iure ciuili ſi quis muta⸗
uit,ſibi cāꝫ poſſeſſionis hn̄t locū iura
q̄ habemus.C.de acqui.poſ.l.cū ne⸗
mo.⁊.l.ex liberis ⁊ que in eis no.Sꝫ
iure canonico ſi quis mutauit cauſaꝫ
poſſeſſionis in beneficialibus tanq̄ in
indignus,ſuis bñficijs eſt priuandus
c.illud.de exceſſio.prela.

¶ Cēteſimaſexageſimaſeptima dif⸗
ferētia.De iure ciuili blaſphemator



dei ⁊ ſctōrū punitur vltimo ſupplicio
vt in auten.vt nō luxu cōtra naturā
Sed de iure canonico ſi laicus excōi
catur Si clericus deponitur.xij.q.j.
c.ſi quis per capilum ⁊ etiam impo⸗
nitur penitētia ꝑut traditur de cleri
cis maledicis.c.ſi.⁊ ibi not.

¶ Cēteſimaſexageſimaoctaua Ju⸗
re ciuili ſi quis vtat falſis inſtrumē⸗
tis ⁊ peniteat nō punit de falſo.C.de
falſis.l.falſo.iure canonico ſec⁹ in lit
teris apoſtolicis.c.dura.c.ad falſa⸗
rios de falſis ſi modo littere nō ſint
de ſimplici iuſticia.c.accedēs ꝯ falſis

¶ Cēteſima ſexageſimanona dr̄ia.
De iure ciuili crimen raptus cōmit
titur in ſpōſam.C.de raptu virginuꝫ
l.j.Sed de iure canonico ſecus extra
ꝯ raptorib⁹.c.cū cāꝫ ar.xxxij.q.ij.§.j.

¶ Cēteſimaſeptuageſima.De iure
ciuili qui corrupit virginem grauiter
punitur nō tamē cogitur eam accipe
re in vxo.immo ꝓhiberi videt matri
monium inter eos in auten.de rapt.
mulie.Sed iure canonico compel⸗
litur eam recipere in vxorem.c.j.de
adulterijs.

¶ Cēteſimaſeptuageſimaprima dif
ferentia.De iure ciuili interfectori fi
liorum imponitur accerrima pena.l.
j.C.de his q pat.vel libe.occi.l.j.Sed
iure canonico nō ita punitur vt in.c.
de infantib⁹.de his qui filios occide.

¶ Centeſimaſeptuageſimaſecunda
differentia.De iure ciuili pena falſi
eſt deportatio ⁊ omnium bonorum
publicatio ⁊ hoc in libero homine in
ſeruo vero eſt vltimum ſuppliciū.l.j.
§.vlt.ff.de falſis.Secundum vero ca⸗
nones eſt multiplex pena falſi ſm qꝺ
multe ſunt falſitates vt nō Goffr.in
ſumma de falſis.§.pena falſi.

¶ Cēteſimaſeptuageſimatertia dif
ferētia.De iure ciuili qui ceſſit bonis
poteſt ea recuperare re itegra.ff.qui
bonis cedere poſſunt.l.is qui.Sed iu
re canonico obtēta licentia cedēdi di
gnitatem epiſcopalem cōpellitur ce⸗
dere.c.quidā.de renunciatione.et ibi
redditur ratio in tex.

¶ Centeſimaſeptuageſimaq̄rta dif⸗
ferentia.De iure ciuili fama ſola non
impediret matrimonium contrahen
dum.q: non eſt plena probatio.ſed ſe
miplena.ff.de teſti.l.iij.no.in.l.in bo⸗
ne fidei.C.de iureiur.Sed iure cano⸗
nico ſola publica fama ꝙ quis cogno
uit conſanguineam ſponſe future vxo
ris ipediret matrimonium contrahē
dum.c.ſuper eo.de conſang.et affini.
c.cum in tua.de ſponſali.

¶ Cēteſimaſeptuageſimaquinta dif
ferentia.Vox vnius teſtis de iure ci⸗
uili nō impedit matrimonium ꝯhen⸗
dum.l.iuriſiurādi.C.de teſtibus.Sed
de iure canonico ſi mater ſola alteri⁹
volentium ꝯhere matrimonium aſſe⸗
rat cōſanguinitatem inter eos impe⸗
dit matrimoniū.c.ſup eo.ꝯ teſtibus.

¶ Centeſimaſeptuageſimaſexta dif
ferentia.De iure ciuili eſt quedā pe⸗
na metalli.quidam enī dānantur in
metallum et iſti grauioribus vinculis
afficiuntur.Alij in opus metalli et iſti
leuioribus et ambo iſti ciuitatem et
libertatem amittunt.Alij vero dānā⸗
tur in miniſterium metallicoꝝ.vt ſer
uiant dānatis in metallum et iſti ciui
tatem amittūt non libertatem.⁊ hoc
ſi ad tempus dānantur.ſi vero in per
petuum vtrūq̄ amittunt.ſ.ciuitateꝫ
et libertateꝫ.ff.de penis.l.aut dāna.
§.cū pene.Sed iure canonico hmōi
pene nō inueniuntur impoſite nec de
bent imponi.c.j.de calū.Sed his pe⸗
nis eqparari pōt pena carceris:quā

F

pro grauibus criminibus fugit in ec
cleſia.c.pe.et.c.fi.de hereticis li.vj. et
pena qua quis redigitur i ſeruitutē
xxxij.di.eas.vel traditur curie.ſerui
turus.xj.q.j.ſtatuimus.al's venditur
lxxxj.diſti.clerici.

¶ Cēteſimaſeptugeſimaſeptima dif
ferentia. De iure canonico iuuenis
puellam nōdum ſeptenam quam at-
tentauit cognoſcere et forte non po-
tuit propter imbecillitatem etatis ꝑ
hoc inducitur publice honeſtatis iu
ſticia.vt nō poſſit contrahi matrimo
nium.c.iuuenis.de ſponſalibus.Sed
iure ciuili non inuenio inter cauſas q̄
impediunt matrimonium que cauſe
enumerantur in ſumma Azo.de nu-
ptijs circa fi.et inſtit.de nuptijs.§.fi.
et ſimiliter ſi frater deſponſauit ali-
quam de facto quam de iure non po
tuit impediente conſanguinitate;cū
altero fratre non poteſt matrimoniū
contrahere.c.ad audientiam.de ſpon
ſalibus. Sed de iure ciuili non cum
nullum ſit vinculum per prima; ſpon
ſalia impediente conſanguinitate.im
poſſibilium enim nulla eſt obligatio.
§.ſi impoſſibilis.inſtitu. de inuti. ſti-
pulatio.

¶ Cēteſimaſeptugeſimaoctaua dif
ferentia.De iure ciuili regulariter nō
fit mora reipſa ſed interpellatione ſe
cuta congruo loco et tempore. ff.de
vſuris.l.mora.in principio.et ibi fal-
lit in caſibus ibi not.Sed de iure ca-
nonico mora fit reipſa in tarda ſolu-
tione decimarum.xvj.queſtione pri-
ma decime not.in.c.cum homines de
decimis.

¶ Centeſimaſeptuageſimanona dif
ferentia.De iure ciuili ſimplex forni-
catio.non punitur immo permiſſa.l.
in concubinatu. ff. de concubinis.l.
ij.C.de dona.inter virum. Sed de iu
re canonico prohibetur quelibet forni
catio.xxxij.q.iiij.nemo ſibi ⁊ ibi not.

¶ Centeſimaoctuageſima differē-
tia.De iure ciuili diſſoluitur matri-
monium ſi aliter coniugū velit intra
re monaſterium .et intret in autē-
tica.de nuptijs.§.diſtrahuntur.Sed
iure canonico ſecus.xxvij.q.ij.Aga-
thoſa.

¶ Cēteſimaoctuageſimaprima dif
ferentia . De iure ciuili poſſunt con
trahi nuptie inter conſobrinos.C.de
nuptijs.l. in celebrandis ꝙ non licet
iure canonico:quia qui attinet ſibi in
quarto gradu conſanguinitatis vel
affinitatis ꝓhibetur contrahere ma
trimoniū nō dꝫ de cōſangui.et affini.

¶ Centeſimaoctuageſimaſecunda.
De iure ciuili erat prima poteſtas in
omnes etatē filij Sed iure canonico
ſoluitur patria poteſtas adueniente
adulta etate quo ad matrimonium
carnale ⁊ ſpirituale:⁊ quo ad iuramē
tum.xx.q.ij.puella.xxiiij.q.iij.tribus
nota.xxij.q.ij.honorantur.

¶ Centeſimaoctuageſimatertia dif
ferentia.De iure ciuili viro non per
mittitur vxorem verberare.l.cōſenſu
C.de repudijs. tamē poteſt corrigere
eam vt.vij.q.j. ſicut alterius.l. reſpi-
ciendum.ff.de penis.Sed iure cano-
nico clericis tantum eſt permiſſum
vxores ſuas peccātes cuſtodire liga
re et cogere eas ad ieiunia non tamē
eas mortificare.xxiij.q.ij. placuit et
eſt ratio in clericis potior ꝙ̄ in alijs
vt ibi not.

¶ Cēteſimaoctuageſimaq̄rta.de iu
re cano.vxor nō p̄t vouere cōtinētiā
nec ecōtra ſine licētia alteri⁹ cōiugis
xxxiij.q.v.c.i.⁊.iij. De iure ciuili ſec⁹
quia rumpitur matrimonium ſi alter



velit vouere caſtitatem in auct.de nu
ptijs.§.diſtrahuntur.

¶ Centeſimaoctuageſimaquinta.
De iure canonico. ſi quis proponit
exceptionem peremptoriam poſt fun
datam intentionem actoris et contin
gat eum in probatione deficere illius
exceptionis condēnatur actori in ex
penſis.c.finem litibus ⁊ ibi not.de do
lo ⁊ contuma .Sed de iure ciuili hic
quod dicitur de expenſis condemna
tione non habet locum niſi in fi. cau-
ſe vt victus victori condemnetur in ex
penſis.C.de iudici.l.properandꝫ.§.
ſin autem ⁊ ibi not.

¶ Centeſimaoctuageſimaſexta.De
iure canonico pena inceſtus:⁊ adulte
rij mors eſt.xxiij.q.v.relegentes.Sed
de iure ciuili mulier adultera nō occi
ditur ſed detruditur in monaſterium
ſm̄ ꝙ cauetur.C.de adulteris.auten-
tica ſed hodie poteſt dici ꝙ.c.relegen
tes poteſt loqui ſm̄ iura que erant
ante ius antiquum ſm̄ quē iura tam
adulter ꝙ̄ inceſtuoſus ſexus gladio
puniebatur.C.ꝺ adulte.l.q̄uis.ff.eo.
l.ſi adulterium cum inceſtu.in prin.

¶ Centeſimaoctuageſimaſeptima
De iure canonico qui pro ſuis moriū
tur ſceleribus non tradūtur eccleſia-
ſtice ſepulture.xxiij.q.v.placuit.c.fu-
res.de furtis.niſi fuerint in morte cō
triti.xiij.q.ij.c.fi.Sed iure ciuili non
conceduntur ſepeliri alicubi:niſi pri⁹
petitum ſit a principe ⁊ conceſſum.ff.
de cada.puni.l.j.ij.⁊.iij

¶ Cēteſimaoctuageſimaoctaua de
iure ciuili nulla pena debet excedere
quadruplum.inſtit.de act.§.omnes.
Sed de iure canonico aliter īuenitur
iuſtitia ſuadēte.xvij.q.iiij.c.quiſquis.
c.cum deuotiſſimā.xij.q.ij.

¶ Centeſimaoctuageſimanona dif-
ferentia. De iure ciuili impubes nō
iurat ⁊ ius iuramentum eſt.ff.de iure
iuran.l.qui iuraſſe.⁊ ar.in.l.j.C.de fal
ſa mone.⁊.l.ij.§.j.C. de iuramē. calū.
et autenti . ſacramenta puberum.C.
ſi aduer.vendi.fallit in caſu vbi pupil
lus obligatur ex ſacramento ſuo vt
ſi manumiſſus iurat preſtare operas
manumiſſori.ff.de libe.cauſa.l.finali.
Sed iure canonico poteſt pupillus
iurare ſi ſit doli capax:⁊ ſi non ſeruat
iuramētū ꝑiurat.xxij.q.v.ꝑuuli ⁊ ibi
de hoc ego dico ꝙ ſatis ꝓbabiliter po
teſt defendi ꝙ etiā iure ciuili ſacramē-
tum pupilli doli capacis valeat vt no.
in.d.c.paruuli.

¶ Centeſimanonageſima differen-
tia.De iure canonico eo ipſo ꝙ ali-
quis intrat hoſtiū cauſa furandi fur
eſt iſte eſt tex.in.c.tres ꝑſonas.xxiij.
q.iiij.⁊ ibi glo.de peni. diſt.iij.ſi pro-
pter ⁊.c.ſequen.Sed iure ciuili ſecus
eſt. vt eſt tex.ff.de fur.l.vulgaris .§.
qui furti.

¶ Centeſimanonageſimaprima dif
ferentia. De iure ciuili qui aliquid
promiſit ꝙ conſiſtit in dando ſub pe-
na ſi aliqd omittat dare ad totā penā
tenetur.ff. famami. hercis.l.heredes.
§.in illa.l.ſtipulationum.⁊.l.in execu
tionibus.de verb.ob.⁊ plene nota.in
l.ſi ſeruus.§.ſi plurium ſi quis caut.
Sed iure canonico obſtat.exceptio:
Inno.ſequitur opi.Azo.in.c.ſuam.ꝺ
penis vt ibi plene not.

¶ Centeſimanonageſimaſecūda dif
ferentia De iure canonico non licite
recipit aliquis aliquid vt iudicet furē.
c.qui cum fure.extra de fur.j.q.j.ex
his verbis.cum ibi not.Sꝫ iure ciuili
licite pōt qs accipere vt idicet furē.ff.
de condit.ob tur.cām.l. ſi ob turpē.
ff.de p̄ſcrip.verbis.l.ſolēt.⁊ ibi not.

¶ Cētēſim anonageſimatertia differentia. De iure ciuili tranſigere permittitur de criminibus publicis ingerentibus penam ſanguinis, excepto crimine adulterij. De alijs vero criminibus publicis non licet tranſigere vt in crimine falſi. l. tranſigere. C. de trāſactionibus. ⁊ ibi not. quid in priuatis. Sed iure canonico videtur aliud dicendum ſm quod nullum crimen irrogat penam ſanguinis ita in cauſa ſpirituali modo licet deſiſtere pecunia accepta. c. fi. de rerum permuta. no. ij. q. iij. §. i oibus.

¶ Cēteſimanonageſimaquarta differentia Inter pares cōmuniter habitantes et tractantes vt vir ⁊ vxor preſumit matrimoniū. ff. de ritu nuptiaruʒ. l. in libere. Sʒ iure canonico potius preſumitur adulterium niſi oſtendatur ſolemnitas nuptiarum. xxx. q. v. aliter. ⁊ not. xxx. diſt. q̇ nō vxorem. vide Abb. in. c. eccleſia ſancte marie. de conſtitutionibus. vbi etiaʒ in foro ſeculari: quia in talibus leges nō dedignātur. c. clerici. ō iudicijs.

¶ Centeſimanonageſimaquinta differentia. De iure ciuili pmiſſo pene in matrimonijs non valet. l. tycia. §. idem reſpondet. de verb. ob. valet tñ promiſſio arrarū. C. de ſponſalibus l. fi. not. in. c gēma. de ſpōſalib⁊. Sed ſm canones nec pmiſſio pene nec ſtipulatio arrarū valet in matrimonijs d. c. gēma. quia eadem eſt ratio prohibitionis in penis ⁊ arris ergo eadeʒ iuriſ. diſpoſitio. c. inter corporalia. de tranſla prelatorum.

¶ Centeſimanonagaſimaſexta differentia De iure ciuili ſi quis offerat ſe liti: condemnatur ac ſi poſſideret que petuntur. l. ſi quis ſe. ff. de rei vendi. ff. de peti. heredi. l. ſi qui ſe liti. Sʒ de iure canonico in negocijs eccleſiarum ceſſat hoc ius ne delictum perſone redundet in damnum eccleſie. xxj. q. vj. ſi epiſcopū. c. eccleſia ſctē marie. vt lite pendē. ⁊ ibi hoc not. in glo. fi.

¶ Cēteſimanonageſimaſeptima differentia De iure canonico ad probādam cōſanguinitatē admittitur teſtimonium de credulitate ⁊ de auditu c. quotiens. c. licet. de teſti. ſed iure ciuili non reperitur ꝙ hec probatio in hoc caſu admittatur.

¶ Cēteſimanonageſimaoctaua differētia De iure canonico in eam matrimoniali. ſententia poteſt ferri ſine ſcriptis. c. albericus. de teſti. ⁊ ibi no. Sʒ iur̄ ciuili nō inuenitur ꝙ hoc caſu poſſit ſentētia ferri ſine ſcriptis. C. de ſentē. ex piculo recitā. l. finali ⁊ ibi not.

¶ Centeſimanonageſimanona differentia De iure ciuili dicto vnius teſtis non creditur. l. iuriſiur. C. ō teſti. Sed iure canonico aliquando creditur vni teſti. quando non eſt preiudicium alicuius. puta queritur inter aliquos vtrum quis ſit baptizatus vel eccleſia ſit cōſecrata de conſecra. diſ. iiij. paruulos. c. cū itaqʒ et qñ querit vtrum aliquis egerit penitentiam. c. nemo. de ſimonia. ⁊ de peniten. c. oīs vtriuſqʒ ſexus.

¶ Duocēteſima differentia De iure ciuili Abbas iurat de calū. in cauſa monaſterij in animam ſuam quia perſonam habet legitimam ⁊ cauſa ſit cum eo tanꝗ cum legitima perſona C. de iura. calū. l. ij. §. ꝙ obſeruari. ⁊ §. hoc ēt. ⁊ ibi no. C. de epi. ⁊ cle. autē. cāque ſit. Sed de iure canonico debet iurare in animam maioris partis cōuentus. c. preſentium. de teſti. nota. in c. dudum. de electione.

¶ Duocēteſimapma differētia De iure ciuili magis abſolute compelluntur teſtes ferre teſtimonium ꝙ iure canonico. C. de teſti. l. quoniam liberi c. ſupeo. de teſti. ⁊ Inno. in. c. j. eo. ti. De iure canonico non ſunt compellendi niſi cuʒ alie probationes haberi non poſſunt. xxiiij. q. iij. quāquā.

¶ Ducenteſimaſecunda differentia De iure ciuili frater non poteſt accuſare fratrē de magno crie. C. qui accu. nō poſſunt. l. ſi magnū. eo. titulo. l. ſi ſororē. Sʒ ō iure canonico. frater pōt accuſare fretrem de hereſi. c. litteras. de pſumptiōibus. c. ſi audieris. xxij. q. v. xiiij. diſ. diaconi.

¶ Ducoēteſimatertia differētia De iure canonico poteſt fieri ſequeſtratio propter contumaciam rei. de dolo ⁊ contuma. c. ex litteris. Sed iure ciuili in eo caſu non ſit ſeq̄ſtratio. C. de prohibita ſequeſt. l. j. ⁊ ibi no. Itē in alijs ſit ſequeſtratio. De iure canonico ꝙ de iure ciuili ⁊ ſunt expreſſe ⁊ nota. in. c. dilectus de ſeq̄ſtratio. poſ. fructuum.

¶ Duocēteſimaquarta differentia Iure ciuili non proceditur ad diffinitiuam ſine litis conteſt. niſi in cauſa appellationis. C. de tem. appel. l. fi. §. illud. Sed de iure canonico in cauſis matrimonialib⁊ vbi agitur defendere matrimonij non diſſoluendo et in cauſis electionum bene poteſt procedi ad diffinitionem abſqʒ litis conteſt. c. j. c. quoniā. §. porro vt lite non conteſtata.

¶ Duocēteſimaquīta differētia De iure ciuili clerecus poteſt conſentire litigare coram iudice non ſuo duʒ tamen eccleſiaſtico. C. de iuriſ. om. iu. l. j. ff. de iudi. l. j. ⁊. ij. C. de epiſu. audi. autenti. ſi qui ex conſenſe. ⁊. l. epiſcopale. Sed de iure canonico ſecus niſi conſenſus ſui epiſcopi accedat. c. ſignificaſti de foro competē. iij. q. iij. nō liceat. xj. q. ij. c. j. ⁊. ij.

¶ Duocēteſimaſexta differētia. De iure ciuili. ſi quis contraxit in vno loco poteſt citari a iudice illius loci ſi in loco inueniatur ⁊ ſi non veniat poteſt mulctari ⁊ omni remedio pretorio compelli. vt veniat prout probatur. ff. de iudicijs. l. heres abſen. Sed iure canonico. poteſt iudex loci contractus ſolummodo pronunciare et iubere bona poſſideri. vel pronunciare de mittendo. ſi alibi conuentus exiſtat vt probatur. per Inno. de foro cōpe. c. romana: ⁊ Inno. in. c. lʒ eo. ti.

¶ Duocēteſimaſeptima differentia De iur̄ canonico clerici pariſi⁊ comorantes. vel in cauſis pecuniarijs poſſunt conuenire laicos coram epiſcopo. c. ꝙ clericis. de foro. compe. quod non eſt de iure ciuili. poteſt tamen dici ꝙ ſit ratio quia epiſcopus eſt ibi comeſ. vt ibi nota.

¶ Ducenteſimaoctaua differentia. De iure ciuili plurib⁊ diuerſis actionibus perſonalibus poteſt quis conuenire eundem coram diuerſis iudicibus niſi ratio connexitatis impediat ff. de quibus rebus ad eundē iudicar̄ l. j. ⁊. ij. et. c. ō iudi. l. nulli. l. ſi pariter. de liberali cauſa. Sed de iure canonico ſecus. c. quia nonnulli quod eſt. c. fi. cum ibi nota. de reſ.

¶ Duocēteſimanona differētia. De iure ciuili filiuſfa. in omnibus cauſis regulariter non poteſt eſſe in iudicio abſqʒ conſenſu patris niſi in caſtrenſi vel quaſi. C. de boniſqʒ libe. l. cuʒ nō ſolum. l. ij. ff. ad macedo. Sed de iure canonico filiuſfami. in ſpiritualibus poteſt eſſe in iudicio ſine conſenſu patris ſed poteſt requiri auctoritas ſui

prelati.vide Inno.in.c.accedens.de procu.in.c.indecorum.de eta.⁊ quali. et in.c.fi.de iudi.in.vi.

¶ Duocētesimadecima differentia. De iure ciuili.poteſt fieri prorogatio iuriſditionis de perſona ad perſonā in habente iuriſditionem ordinariā. vel etiam delegatam.C.de iuriſdict. om iudi.l.j.⁊ ibi not.ff.de iudi.l.ij.in prin.Sed de iure canonico ſecus.c. pe.⁊.gl.de offi.delega.⁊ ibi not.

¶ Duocētesimadecimaprima differētia.De iure ciuili parentes non poſſunt eſſe teſtes in cauſis:⁊ contractibus filiorum.C.de teſtibus.l.v.ff.de teſti.l.teſtis idoneus.Sed iure canonico.contra ſcilicet in contrahendo et dirimēdo matrimoniū.xxxv.q.vj. videtur nobis ⁊.c.ſuper eo.de teſti.

¶ Duocentesimadecimaſc̄da differentia Ea que deſiderāt cauſe cognitionem.⁊ decreti interpoſitionem et expediunt offi.iudi.nō delegātur.ff.de offi.pcōſulis.l.ne quicq̄.§.vbi.decretū. Sz canonico ſec9 de offi.archidi.c.ad hec.⁊ no.Inno.de religio.domibus c.cōſtitut9.⁊ Bal.in.d.§.vbi decretū.

¶ Duocētesimadecimatertia differentia.Iure ciuili.ordinarius cauſas medias non poteſt committere.niſi ex iuſta cauſa ⁊ appello medias cauſas pecuniarias a.ccc.aureis.ſ.C.de peda.iudicibus.l.placet.et ibi nota. Sed iure canonico poteſt committere ſine aliqua iuſta cauſa.dum tamen ſe malitioſe exonerare non querat.c. paſtoralis.in prin.de offi.delega.⁊ ibi not.⁊.c.ſi pro debilitate eo.ti.q̄uis predicta decre.in delegato a pricipe. vel papa loquatur.

¶ Duocentesimadecimaquarta differentia.De iure canonico.teſtes nō ſunt compellendi in criminali cauſa. vt not.plene de teſti.cogen.c.dilectoruz ⁊ ibi not.Sed iure ciuili teſtes in qualibet cauſa compelluntur.exceptis quibuſdam perſonis.l.lege iulia.de teſti.⁊.l.inuiti.eo.titulo.

¶ Duocentesimadecimaquinta differentia De iure ciuili nō poteſt fieri poſitio de mera negatiua:quia ea ſunt ponibilia que ſunt probabilia. ſed mera negatiua non poteſt probari.c.de probatio.l.actor.⁊ loco probationis inducte ſunt poſitiones.vt in §.fi.in auten.de his qui ingrediuntur ad appellandum.§.fi.⁊ not.in.l.ij.§. q̄ obſeruari.C.de iura.calū.De equitate vero canonica mere negatiue. poteſt fieri poſitio.licet alias probari non poſſit.⁊ inde equum videatur vt eſt tex.in.c.j.de confeſſis invi.alex. in.l.inter ſtipulantez.in prin.de verb. ob.vbi plene circa poſitiones et circa capitula.

¶ Duocentesimadecimaſexta differentia.Iure canonico minor cenſetur.maior et ſic poteſt conſtituere. procuratorem in cauſa matrimoniali et ſpirituali.c.ex parte.de reſti.ſpol. ſimile in voto.xx.q.ij.c.j.⁊.ij.Item in alio caſu cum minor mortem patris exequitur vel cum agit de teſtamento patris.xx.q.iij.de crimine.Sed iure ciuili ſecus.C.qui legiti.perſonam ff.de minoribus.l.ait pretor.§.geſtum.

¶ Duocētesimadecimaſeptima differentia.De iure ciuili teſtes ſenes. et valitudinarij.non compelluntur ad teſtimonium ferendum.l.inuiti.ff. de teſti.iiij.q.iij.inuiti.Sed iure canonico compelluntur propter peccatum.c.j.de crimine falſi.xj.q.iij.quiſquis de iudi.c.nouit.c.ſi qui.de teſtibus in glo.



¶ Duocētesimadecimaoctaua differētia.De iure ciuili recuſatio iudicis debet fieri intra.xx.dies vt in auten. offeratur.C.de lit.conteſt.⁊ in autē. ⁊ conſequēter.C.de ſentē.Iure vero canonico ante litem cōteſta.ſeu vſq; ad dilationē decurſam:ad proponendas except.dilatorias.c.ij.requiris §.iij.in glo.de appellat.

¶ Duocētesimanona dr̄ia.De iure ciuili reſcripta ſunt ꝑpetua nec finiūtur anno regulariter.l.falſo.C.de diuer.reſcriptis.Iure vero canonico finiuntur anno ſi quis eis non vtat̄.c. ſi autem.c.ex parte.c.plerūq;.de reſcript.glo.tamē in.d.c.ſi autē.ſoluit aliter iſtud contrarium.ſed ipſa non tenetur per doc.

¶ Duocētesimavigesima dr̄ia.De iure ciuili nō tollit̄ terminus dādus reo:ad deliberādum an velit cedere vel contendere licet preceſſerit citatio q̄tūcūq; narratiua negocij.iuxta autē.offeratur.C.de lit.cōteſt.Iure vero canonico ſecus eſt.quia ſi per citationem potuit eſſe inſtructus:nō datur terminus ad deliberandum.c. ij.de dila.et ibi nota.

¶ Duocētesimavigesimaprima differentia.De iure ciuili poſt liminio. reuertētibus datur reſciſſoria.j.quadriennium.de actio.§.rurſus.⁊.c.de in integrum reſtit.l.fi.Sed iure canonico non currit eo tempore preſcriptio et non dabitur reſciſſoria.xvj.q. iij.poteſt de hoc nota.de offi.ordi.c. paſtoralis.

¶ Duocentesimavigesimaſecunda differentia.De iure ciuili furtum eſt cōtractatio rei aliene īuito domino ff.de fur.l.j.§.furtum.Azo.in ſumma de fur.in princi.Sed iure canonico furtuz large ſummitur pro omni vſurpatione.xiiij.q̄one.v.dixit dominus. §.primo.

¶ Duocētesimavigesimatertia differentia.Lex ciuilis virilem etatem interpretatur.xxv.annorum.ff.de mino.l.j.l.fi.C.de his qui veniā.eta.Sz ius canonicum.aliter interpretatur virilez eta.ſ.xxx.annorum.c.epiſcop9 et ibi not.lxxviij.di.

¶ Duocentesimavigesimaquarta differentia.Licet de rigore iuris ciuilis eccleſia lucretur precium datum emptori ementi rem eccleſie in caſu non conceſſo a iure.l.iubemus.§.ſane.C.de ſacroſanct.eccleſi.tamen de eq̄tate canonica ſi eccleſia ſit ex ipſo precio locupletata.tenetur reſtituere emptori vt per Pau.de lia.in cle. j.de rebus eccle.non al'ſ.plene Ioā. de imola.in.c.ad audientiam.de rebus eccleſie non alie.Cy.et Bald.in autentica.qui res.de ſacroſanct.eccleſijs.

¶ Duocētesimavigesimaquinta differentia.De iure canonico concubine clericorum efficiuntur ſerue:epiſcopus debet eas vendere.c.quidam lxxxj.di.non habent filios ſi vero habent filios detruduntur in monaſterio ne filij pereant ſecundum glo.ibi per.c.fraternitas.xxxiiij.diſtin.Secus de iure ciuili:quia non reperitur q̄ efficiantur ſerue de iure ciuili.

¶ Duocentesimavigesimaſexta differentia.De iure ciuili procedit libellus pur9 ad reſciſ.contractus q̄n q̄s eſt deceptus vltra dimidiam iuſti pre

tij ſm cõmunem ſniam legiſtarum in l.ij.C.de reſcin.vendi. Secus de iure canonico: q2 debet eſſe alternatiuus. vel reſcin.vel peti ſuppleri iuſtuꝫ precium.c.cum dilecti.de emp. et vendi. ſm Jmo.in.c.cũ cauſam. de emptio. et vendi.

¶ Duocenteſimavigeſimaſeptima differentia. De iure canonico eſt dare cõtractũ precarie ſm Jmo.in.c.j. de precarijs.ſecus de iure ciuili vt ibi per eum.

¶ Duocẽteſimavigeſimaoctaua differentia. De iure canonico.ſterilitas afficiẽs magno incommodo colonuꝫ facit vt ſit locꝰ remiſſioni.c.propter ſterilitatem.de locato ſecus de rigore iuris ciuilis.l.ex conducto.§.j.ff.loca.voluit Jo.de imo.in.d.c.propter ſterilitatem.in gl.ij.circa ſolutionem cõtrarij.d.l.ex conducto.§.j.

¶ Duocenteſimavigeſimanona differentia. De iure canonico et in terris eccl'ie.Emphiteota eccl'ie ceſſans per biẽnium ſoluere . p biẽnium põt purgare morã incõtinẽti p.c. potuit de locato. ſecꝰ in terris imperij. etiã eſt in emphiteota priuati q2 non põt purgare morã.l. ij.C.de iure emphi. vt plene declarat Jo . de imo.c.potuit.in glo. antepe. Ulicet dicat doc. non ponere.tamen nõ vidit Bal.in l.magnã.in repet.penul.charta.ang. in.l.ſi inſulam.ff.de verb.ob.⁊ Lud. in.l.et ſi poſt tres ſi quis caut.q̃ ponunt dixi etiã in.cxlvij.differentia.

¶ Duocẽteſimatrigeſima. Uaſallꝰ nõ poteſt de feudo etiam pro anima diſponere vel legare.c.j.§.donare.q̃liter olim feudum poſſit aliena.⁊.c.imperialem.de probi.feu.alie.per fed.⁊ hoc de iure ciuili de iure vero canonico.ſecꝰ q2 põt diſponere ſm Hoſti.in c.q2plerique. de imunitate eccleſiaꝝ.q̃ ita diſputauit vt refert ⁊ ſequit' Lud. in ſuis ſing.in titulo.de feudis. i.iiij. ſingulari.⁊ dicit illud dictum eſſe perpetuo menti tenendum.

¶ Duocẽteſimatrigeſimaprima de iure canonico . Calix patena. et alie res deputate ad cultum diuinum nõ poſſunt pignori obligari. niſi iuſtiſſima neceſſitate inſtante.c.j.de pignoribus. Secꝰ de iure ciuili etiã in caſu inſtantis neceſſitatis nõ poſſunt pignorari ſm glo. Gof.⁊ Jnno.in.d.c. i.ſꝫ Hoſt.vt refert Jo.de imo. tenet contrarium q2 immo nulla ſit differẽtia inter ius canonicum ⁊ ciuile.quia in.d.caſu poſſunt vtroque iure obligari predicte res.vt in.§. hijſdeꝫ penis in auten.de nõ alienãdis.⁊ in.l.ſancimus.cuꝫ ibi not.C.de ſacroſan.eccle. et ſic glo.d.c.ij.de pignoribus non videtur bene loqui.dixi.s.in cle.dñia.

¶ Duocenteſimatrigeſimaſecunda differentia . De iure ciuili vxor eſt in poteſtate patris.et non viri niſi quo ad debitum carnis et operandum.l. ſi vxorem.⁊ ibi not.C.de cõdit.inſert. et inſtit. ad tertul.§.i. in fi.l. ſicut de ope.liber.Sed iure lõbardo erit ſub poteſtate iuri.Aliqui tamen tenẽt q2 de iure canonico eſt ſub poteſtate viri ar.c.mulieres.de ſenten.excommunicationis.Sed Angelica in ſumma.in ver.vxo.non credit eſſe diuerſitatem inter ius canonicum et ciuile.

¶ Duocẽteſimatrigeſimatertia differentia. Secundum leges iudex datus vt cognoſcat de proprietate non poteſt cognoſcere de poſſeſſorio. C. ſi a nõ competen.iudi.l.ſi de proprietate ſm canones cognoſcit etiam de illa cauſa poſſeſſ.c. paſtoralis.de cauſa poſſeſſeſſionis.in glo.ij. et intellige vt ibi per glo. vel dic ſi hoc nõ placet q2 priuatorum conſenſus poſſunt conſtituere quem alias iudicem: qui preſit iuriſditioni ſm canones nõ niſi de conſenſu ſui epiſcopi.



¶ Duocenteſimatrigeſimaquarta differẽtia.Maxima media ⁊ minima capitis diminutio aliter accipiuntur ſm leges:et aliter ſm canones.de accuſa.c.qualiter ⁊ quando.el. ſecundo c.ſi.de pignoribus.vide Bal.in peculio.in verbo capitis.

¶ Duocenteſimatrigeſimaquinta differentia.Secũdum leges legatus principis cum mittitur ad prouinciã debet viuere de rebus fiſci vel imperatoris ſm canones legati pape aliter recipiuntur.de officio ordina.c.inter.in glo.fi.

¶ Duocẽteſimatrigeſimaſexta differentia . Secundum leges in libello accuſatorio ponuntur nomina imperatoris⁊ conſulum:et ſm canones loco illorum ponuntur nomina pape ⁊ epiſcopi.ij.q.viij.libelloꝝ ⁊ ibi not. in glo.j.per archidi.

¶ Duocenteſimatrigeſimaſeptima differentia. Secundum leges proponẽs plures actiones in libello ſi ſunt diuerſe tunc certus de iure ſuo eligere debet:ſecus ſm canones.ſm quos plures admittuntur.de elec.c. querelam.ſuper glo.ſecunda.

¶ Duocenteſimatrigeſimaoctaua differentia.Secundum leges qui bonis ceſſit non conuenitur poſtea niſi inquantum facere poteſt.l. is qui.ff. de ceſſione bonoꝝ.ſecus ſm canones in eo qui extorſit vſuras ⁊ non habet in facultatibus.quia ſi poſtea perueniat ad pinguiorẽ fortunam tenetur inſolidu z nec habetur ratio ne egeat vt eſt glo not.in.c.cum tu in gl.in verbo.in facultatibus de vſuris

¶ Duocẽteſimatrigeſimanona.Secundum leges venditor preciſe non tenetur dare rem venditam ſed ſufficit q2 det intereſſe iux.not.per Bar. in.l.ſtip.non diuidunt.de verbo.obl. ſecus ſm canones.c.cum Joan.heremita ſm Hoſti.in gl.j.⁊ ibi vide abb. de fide inſtrumentorum.

¶ Duocẽteſimaquadrageſima diſdifferentia. De iure ciuili licitum eſt ludere cauſa conuiuij.l. q2 in cõuiuio ff.de aleatoribus . ſecus ſm canones ſm phi.⁊ Goffr.in.c. inter dilectos. in glo. iij. de exceſſ.prelatorum. quia clerici debent vitare conuiuia.c. non oportet.c.conuiuia.xliij.di. et etiam laici ſm Goffr.niſi ex quadam charitate faciant dicto.c.conuiuia. ⁊ vide Abb.in.d.c.inter dilectos.

¶ Duocenteſimaquadrageſimaprima differentia . De iure ciuili teſtes poſſunt produci poſtq̃ eſt concluſuꝫ in cauſa.dummodo teſtes aperti nõ ſint vt in autentica.de teſtibus.§.nõ multa vſque ad.§.ſancimꝰ azo.in ſumma eo.tit.§.item tria.de iure vero canonico poſtq̃ concluſum eſt in cauſa vel renunciatum.probationibus non poſſunt produci teſtes.c.cũ veniſſent de teſtibus.c.de teſtibus.in glo.c.cũ dilectus.de fide inſtrumentorum. voluit Bal.in peculio in verbo. teſtes: in ſecunda charta.

¶ Duocenteſimaquadrageſimaſecunda differentia.De iure ciuili ſubtrahẽs aduerſario probationes puniri poteſt. non tamen per hoc condemnatur nec pro confeſſo habetur

vt nota.glo.in.l.prouidendum in fi.c.de poſtulando. De iure canonico poteſt puniri per iudicem.⁊ illud qđ ſubtrahit habetur pro vero.c.cū cauſam.de teſtibus.⁊.c.peruenit.⁊Bal. in peculio ſuo in verbo ſubtrahens.

¶ Duocenteſimaquadrageſimatertia differentia De iure ciuili reus dānatus de crimine auditur de innocētia perpetuo.l. abſentem. de requi. reis. De iure canonico aliud ſtatuitur in crimine hereſis. quia nec poſt annum auditur.c.excommunicamus §.j.in gloſa ſed videtur de hereticis. Bald. in ſuo peculio. in verbo reus damnatus.

¶ Duocenteſimaq̄drageſimaquarta differētia. De iure ciuili reſcripta per mendacium et ſubreptionem impetrata an valeant et qua pena puniantur. Bald. in peculio in verbo reſcripta dicit ꝙ tenetur pena falſi ⁊ temerationis.ff.de falſis.l.ſi quis obrepſerit. Azo.in ſum.C.ſi contra ius velvtilit.publi.§.j. De iure canonico non imponitur pena ſed etiam ſi doloſe factum eſſet caret impetratis.c. ſuper litteris.de reſcriptis.c.fi.de crimine falſi. Bald.vbi ſupra.

¶ Duocēteſimaquadrageſimaquinta differētia. Ordinans poteſt de iure ciuili recipere ab ordinato aliquid vt nota. in autentica. de ſanctis epiſcopis.§.conſuetudinibus.de iure canonico nihil recipi poteſt propter vitium ſymonie vt not. Bald.in peculio.in verbo ordinans.

¶ Duocenteſimaquadrageſimaſexta differentia. Preſbyter nunquid ſit exemptus a patria poteſtate vide diuerſitatem inter ius canonicum et ciuile poſitam per Bal.in peculio in verbo preſbyter.

¶ Duocenteſimaquadrageſimaſeptima.differentia. Priuata ſcriptura De iure ciuili non facit fidem ſm Bald. in peculio in verbo priuata allegantem.l.liberti.C. de religioſis.et ſumpti.fune. De iure vero canonico ſi reperitur ſcripta in aliqua columna vel lapide ei ſtari debet.c.cum cauſam.in glo.de probat. Quidam contra in.c.j.de fide inſtrumentorū.ideo ſm ipſum vide Barto.in.l. nuda.ff. de donatio.

¶ Duocēteſimaquadrageſimaoctaua differentia. Priuatum carcerem exercens punitur de iure ciuili pena capitis.l.j.C. de priuatis carce. De iure canonico ſi exercetur in clericum non ligatum ſed parietibus detentū eſt pena excōmunicationis.c. nuper §.nos igitur. de ſententia excommunicationis.in glo. et Bald.in peculio.in verbo priuatum.

¶ Duocenteſimaquadrageſimanona differentia. De iure canonico eodem modo quo acquiritur poſſeſſio eodem mō amittitur.c.j.de reg. iur. in glo. De iure ciuili ſi poſſeſſor rei mobilis incipiat a ſolo aīo ſolo aīo perdit ſm opinionē. Jac.et azo.in.l. poſſideri.§. in amittenda. de acquiren.poſſ. et azo.in ſumma.eo. titulo §.ſi.et Bald.in peculio in verbo poſſeſſio.

¶ Duocēteſimaquinquageſima differētia. De iure ciuili non poteſt poteſtas punire committentes contra eum iniuriam vel ſuos officiales ne iudicare interloquendo vel diffiniendo niſi vſq; ad lit.conteſt. ſm quoſdā: vt declarat Bald.in peculio in verbo poteſtas nunquid. De iure canonico



diſtinguitur an iniuria illata iudici vel officialibus ipſos tantum tangat et tunc non poteſt cognoſcere. Aut impeditur publica vtilitas.vel iuriſditio ſua vel vtilitas eccleſie ſue ex dicta iniuria et tunc poteſt punire.c.romana.de penis.

¶ Duocēteſimaquinquageſimaprima differētia. De iure ciuili reſcripta ſunt perpetua.l.falſo.C. de diuerſis reſcriptis.exceptis reſcriptis nundinarum quibus ſpacio decem annorū preſcribitur.l.prima. ff.de nundinis. de iure canonico ſi quis non fuerit vſus reſcriptis dolo ſolo anno tollitur.c.ſi autem.c.ex parte.c. plerūq;. de reſcriptis. Bald.in peculio in verbo reſcripta.

¶ Duocenteſimaquinquageſimaſecunda differentia. Recuſatio iudicis debet fieri ante.xx.dies de iure ciuili autentica offeratur.C. de litis conteſtatio. De iure canonico poteſt fieri quandocūq; ante litem conteſta.vel dilationem datam ad opponendas exceptiones dilatorias niſi lite conteſtatio.ſuperueniat noua cauſa.c.ſecūdo requiris.§.tertio.in glo.de appellatio. Bald.in peculio in verbo recuſatio.

¶ Duocēteſimaquinquageſimatertia differentia. De iure ciuili diuerſo modo dicitur quis pubertati proximus ⁊ diuerſo a iure canonico tam in maſculo ꝙ in femina ſecūdum Bal. in peculio in verbo pubertati proximus allegādo.c.continebatur.in glo. de ſponſalibus impube.licet dicat forte in matrimonijs habere locum.

¶ Duocēteſimaquinquageſimaq̄rta differentia. De iure ciuili pluribꝰ procuratoribus ab vno conſtitutis qualiter agere poſſint vide Bald.in peculio in verbo procuratoribus pluribus qui dicit ꝙ de iure ciuili etiam ſi ſint diuerſis temporibus conſtituti quilibet poteſt admitti pro parte et vnus ſine alio non admittitur.l. pluribus.ff.de procurato. Azo in ſumma.§.quid ſi plures.l.qui procuratorio.§. fina.cum duabus ſequenti.de procurato.de iure vero canonico pluribus procuratoribus conſtitutis ſimul melior eſt conditio occupantis vel iudex vnum eligere debet nec videtur referri dicat inſolidum vel non.l. ſi plures.§.ꝗuis.de adminiſtra.tuto. et.c.non iniuſte.in glo.de procuratoribus.

¶ Duocēteſimaquinquageſimaq̄nta differentia. De iure ciuili procurator non iurat de calumnia.l.ij.§.ꝙ autem.⁊.§.ꝙ obſeruari.et autenti.principales ibi ſignata.C. de iuramen.calum.et Azo in ſumma eodem titulo. De iure canonico videtur.ꝙ iuret procurator.c. preſentiū.§.ſi vero. de teſtibus ibi cum prius preſtito iuramento a procuratore. Sed ſm Bald.in peculio in verbo procurator vbicūq; decretales dicunt procuratorem iurare intelligere procuratorem pro ſindico.vel procuratorem habentem legitimam adminiſtrationem. capitulo primo.de iuramento.calum.capitulo in pertractandis.et capitulo fina.decretales abutuntur vocabulo procurator.

¶ Duocēteſimaquinq̄geſimaſexta differentia. De iure ciuili ſm Bald. in peculio in verbo procurator.procurator non poteſt trāſigere ſi non eſt in rem ſuam.ff.de procu.l.mādato.C. de pactis.l.trāſactionis.de iure canonico procurator ſimplex habens generale mādatum ꝗuis non habeat li

berū ſi ſequatur in procuratorio clau
ſula de rato pōt tranſigere.c.ꝑ tuas.
in glo.c.contingit.de trāſac.c.dilect⁹.
de religioſis domibus.in glo.

¶ Duocēteſimaquinquageſimaſe-
ptia dr̄ia. De iure ciuili medicina nō
cōtinetur appellatiōe alimentorū.ff.
de penu.lega.l.qui penum.et Bal.in
peculio in verbo medicino.de iure ca
nonico qui ſumit medicinam non cen
ſetur ieiunus et etiā ſacramēta ſunt
capienda a ieiunis.de conſe. diſt.v.ie
iunus.c.ex parte.de celebra.miſſarū.

¶ Duocēteſimaquīquageſimaocta
ua differentia. De iure ciuili eſt diffe-
rentia in nunciatione noui operis a
iure canonico. Quia de iure ciuili qn̄
fit nunciatio ſuper opere habet ele-
ctionem ille cui nunciatur velit pre-
ſtare cautionez.de opere demoliēdo.
vel velit docere de iure ſuo infra tres
menſes.l.pretor.§.hoc interdictum.⁊
l.ſtipu.§.j.de operis no.nun.glo.in.l.
fi.C.de edifi.priuatis. De iure vo ca-
nonico eſt econtra.quia poſt nuncia-
tionem eſt in electione nunciātis ve-
lit cautionem recipere vel velit ꝙ de
iure monſtretur infra tres menſes.c.
penult.in glo.et in pluribus capi.eiuſ
dez titulo.⁊ Azo.in ſumma de edifici.
priuatis.et Bald.in peculio.in ver-
bo nunciatio.

¶ Duocēteſimaquinquageſimano-
na differētia. De iure ciuili ſuper ma
rimonio poteſt tranſigi ſm Bald.
in peculio.in verbo matrimonij. De
iure canonico non.c.fina.de trāſactio
nibus .in glo.⁊ ibi Bal.in peculio.in
vbo matrimonij.ponit aliā diuerſita
tē inter ius canonicū ⁊ ciuile. Nā de
iure ciuili impoſſibilis vel turpis con
ditio impedit matrimonium.inſtitu.
de inutilibus ſtipulationibus.§.im-
poſſibilis.Azo in ſumma eo.ti.§.inu
lis. De iure canonico non irritatur
contractus ſponſaliciorum vel matri
monij.c.ij.⁊.c.fi.de cōdi. appoſi.⁊ ibi
in glo .niſi ſit talis cōditio que ſit cō
tra ſubſtantiam matrimonij vt ibi.

¶ Duocēteſimaſexageſima differen
tia. De iure ciuili laicus in ſpirituali
re poteſt eſſe arbiter cum non ſit ꝓhi
bitum.⁊ eſt edictum prohibitorium.
de arbitris in quēcumq̄ maiorem.xx.
annis poteſt cōpromitti de quacūq̄
re.vt not.per Azo.in ſumma de arbi.
§.arbiter.de iure canonico ſine ſupe-
rioris licentia non poteſt compromit
ti ſolum de re ſpirituali.vel connexa
de ſuperioris licentia poteſt compro
mitti in laicum ⁊ in clericum.de arbi.
c.cum contingat.in glo.in.c.cum te.
de officio.delega. Bald.in peculio in
verbo laicus.

¶ Duocenteſimaſexageſimaprima
differētia. De iure ciuili ſi iurauí ſer-
uare ſtatuta ⁊ ꝓmiſi ſeruare futura te
neor ſeruare.l.ſi ſeruitus de ſeruit.ru
ſti.prediorum.de iure canonico con-
tra per.c.penulti.de iureiurando.dic.
ſm Bald.in peculio in verbo iurans
ꝙ ſi ſeruare ſtatuta ē modici ꝑiudicij
iuranti.tunc tenetur ſeruare aut ma
gni et non tenetur ar.l. fina.C.ꝗ res
pigno .obliga. poſſunt.

¶ Duocēteſimaquinquageſimaſecū
da differentia. De iure canonico in-
diſtincte in criminali non defertur iu-
ramentū ſed reus abſo luitur ſi actor
plene non probat.c.tam litteris.de te
ſtibus.in glo. Sed de iure ciuili acto-
re probante ſemiplene et ſi honeſta ꝑ
ſona ſiue in ciuili ſiue in criminali de-
fertur iuramentum actori.l.in bone fi
dei.C.de iureiuran.⁊.C.de iura. calū.
l.ij.§.quacunq̄ autē.C.vnde vi.l.ſi qn̄



azo.in ſumma de rebus credi.§.illud
Bal.in peculio in verbo iuramentū.

¶ Duocēteſimaſexageſimatertia dif
ferentia. Ipotheca tacita quando de
iure ciuili inducatur vide.C.et.ff.qui-
bus modis pignus tacite contrahit.
ſed de iure canonico eſt caſus videli-
cet ꝙ ſoluens habet bona vſurarij ta
cite obligata.vt.c.tua non nos.extra
de vſuris .in glo.⁊.c.cum tu. eo.titu.
et Bal.in peculio in verbo ipotheca.

¶ Duocēteſimaſexageſimaq̄rta dif
ferētia. Interrogatōes in iudicio qn̄
et qualiter fieri poſſint dic ſm Bal.
in peculio in verbo interrogationes.
ꝙ de iure ciuili pluries poteſt fieri in
terrogatio.et quod negauit confiteri
et aduerſarius per inſtrumēta.de no
uo reperta ⁊ producta.C.de iuramē.
calū.l.ij.§.ꝙ obſeruari.et vbicūq̄ eq-
tas nouerit .l.vbicūq̄.ff.de iterroga.
actionibus. ſed de iure canonico fa-
cta poſitione vel interrogatione non
poteſt contrarium ponere vel reſpon
dere ponens et idem aduerſarius q̄
poſtponit vel reſpondet.c.ſtatuimus
de confeſſ. in gloſ.et hoc ſine per re-
ſponſionem alterius ex litigatoribus
habebat incurrere periuriū.vide bal.
in peculio in verbo interrogationes.

¶ Duocēteſimaſexageſimaquīta dif
ferentia. De iure ciuili interruptio fa
cta ſuper actiōe perpetuatur īfra.xxx.
annos.que videtur de ſui natura per-
petuata.tam in perſonam ꝙ̄ in re nō
redibitoria.et alia que minori tempo
re tollitur.l.ſicut.C.de preſcript.xxx.
annorū.de iure tn̄ canonico ꝑ preſcri
ptionis interruptionem factam per-
petuatur in.xl.ānos.xiij.q.j.c.preter
et.c.j.paſtoralis.§.penul.de offi.ordi.
in glo. Bal.in peculio.in verbo inter
ruptio.

¶ Duocēteſimaſexageſimaſexta dif
ferentia. De iure canonico inſtrumē
torum amiſſio probatur per ſacramē
tum ⁊ probat inſtrumenti tenorem et
ꝙ nullo vitio falſitatis erat ſuppoſi-
tum et debent eſſe teſtes diſcreti qui
cognoſcant falſitates et litteras.c.cū
olim eſſemus apud peruſium.de pri-
